
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

1462
10/-

17044

1 A 29
P. II

A
4854 (3)

179

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ix. Genitalia maria quib. essent re-
) Exemplar Toletanum, *retrosat*, le-
Salmant. *retrorsa*. ¶ Vnde etiam
remedia) Exemplar Toletanũ, *Sunt*
ticense, *Sunt dis etiam*. Scribendum
iam. aut, *Sunt de iis etiam*. ¶ Subiuges
ias.) Apographon Toletanum, *sub-*
ges.

Atque etiam in dextram ac læuam
eque etiam in dextram, &c.

. Vocem non habere, nisi quæ pul-
ias habent, hoc est, nisi quæ spirent,
t.) Pauciorib. verbis apographũ To-
non habere nisi quæ spirãt Aristoteles pu-
tractu stridorem, vt cicadas. recepto
sub pectore cauis, spiritu mobili oc-
rana intus attritu eius sonare viscera
ætera simul cum volatu incipere au-
) alius verborum cõceptus in eodem
acũ tractu stridorem, vt cicadas. Recepto
sub pectore cauis spiritu, mobili occursante
attritu eius sonare. Muscas apes, & cæte-
olatu incipere audiri, & desinere. Sonum
. Porro scribendum reor, non *cum tra-*
t ex sequentib. patet: & *duobus sub pe-*
duabet nisi malis cõmutatione parti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

1462
10/-
17044
1 A 29
P. II
A
4854(3

RIÆ L

AP. XLII

allem, *Iam*

prælongi.)

o,tum etia

o: *Pedes*, in

us maiuscul

iore . vestig

istotelis ve

nendosum

nt.) Scribe

nt. ¶ Acp

Legendun

enitale, &

er,(modo

t addere *ta*

nantia esse

tantum?

AP. XLV

oo, *In poster*

cundo, ca

numero qu

riora multo

ibus imis c

culi pedib

a,preterqu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HISTOR

Ex c

Legere m

vt manus

apograph

pite octau

velut man

medio long

quibus Ar

quentem n

mile faciu

simile faciu

mar bus.)

Et præter g

dicit, *præt*

cesse habe

mnia anim

das etiam,

Ex c

ues.) Scrib

les libro se

qui digitos

tos, crura p

los posterio

ribus artic

imperfect.

ix. Genitalia maria quib. essent re-
) Exemplar Toletanum, *retrosat*, le-
Salmant. *retrorsa.* ¶ Vnde etiam
remedis) Exemplar Toletanũ, *Sunt*
ticense, *Sunt dis etiam.* Scribendum
am. aut, *Sunt de iis etiam.* ¶ Subiuges
as.) Apographon Toletanum, *sub-
ges.*

Atque etiam in dextram ac læuam
que etiam in dextram, &c.

. Vocem non habere, nisi quæ pul-
as habent, hoc est, nisi quæ spirent,
t.) Paucioribus verbis apographũ To-
non habere nisi quæ spirãt Aristoteles pu-
tractu stridorem, vt cicadas. recepto
sub pectore cauis, spiritu mobili oc-
rana intus attritu eius sonare viscera
ætera simul cum volatu incipere au-
alius verborum cõceptus in eodem
*cũ tractu stridorem, vt cicadas. Recepto
ub pectore cauis spiritu, mobili occursante
attritu eius sonare. Muscas apes, & cæte-
olatu incipere audiri, & desinere. Sonum*
Porro scribendum reor, non *cum tra-*
ex sequentib. patet: & *duobus sub pe-*
duobus, nisi malis cõmutatione parti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ANI C

di omnibus

animaliũ.

deo ſtatu-

ter modo

malia.

auerſum.)

orte legen-

collum in

toteles lib.

reliquo cor-

ongipedes.

lego, *Nulli*

ad caudam

m datos a

Ariſtoteles

quibus na-

eſt, cui vn-

Ariſtote-

ſt, volucres

a lõgipedes

rio conſtãt:

ĩ illæ caudæ

ãtur. Item

tur. ❡ Qui

onfirmant.

1462
10/-
17044
A 29
P. II
A
4854
179

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

EX CAP. XLIX. Genitalia maria quib.essent re- [illegible]is diximus.) Exemplar Toletanum, *retro sat*, le- [illegible]on *retro satis*. Salmant. *retrorsa*. ¶ Vnde etiam [illegible] humano remedia) Exemplar Toletanū, *Sunt etiam*. Salmanticense, *Sunt dis etiam*. Scribendum [illegible] *Sunt inde etiam*. aut, *Sunt de iis etiam*. ¶ Subiuges [illegible]o suo equas.) Apographon Toletanum, *sub-[illegible]*, non *subiuges*.

EX CAP. L. Atque etiam in dextram ac læuam [illegible]te.) Melius, *æque etiam in dextram*, &c.

EX CAP. LI. Vocem non habere, nisi quæ pul- [illegible]em & arterias habent, hoc est, nisi quæ spirent, [illegible]oteles putat.) Pauciorib. verbis apographū To- [illegible]um, *Vocem non habere nisi quæ spirāt Aristoteles pu-* ¶ Alia cum tractu stridorem, vt cicadas. recepto [illegible] vt duobus sub pectore cauis, spiritu mobili oc- [illegible]te. membrana intus attritu eius sonare viscera [illegible]um est. Cætera simul cum volatu incipere au- [illegible] desinere.) alius verborum cōceptus in eodem [illegible]ographo, *Alia cū tractu stridorem, vt cicadas. Recepta [illegible] vt duobus sub pectore cauis spiritu, mobili occursante [illegible]embrana, intus attritu eius sonare. Muscas apes, & cæte- [illegible] similia, cum volatu incipere audiri, & desinere. Sonum [illegible]im attritu &c.* Porro scribendum reor, non *cum tra-* [illegible]; sed *attritu*, vt ex sequentib. patet: & *duobus sub pe-* [illegible] ponat *duabus*, nisi malis cōmutatione parti-

ſa, cum maiore litera ac diſtincte: *Pili a cute...*
Craſsi hirtis. ¶ Congeniti autem nō deſinūt.) Pi...
geniti auctore Ariſtotele libro tertio, capite vide...
mo, ſunt pili capitis, ſuperciliorum, & palpebr...ru...
Hos non deſinere, procul a vero eſt. Sequitur e...
haud multo poſt, *Libidinoſis congeniti maturius de...*
unt. quod & ipſum, vt reliqua prope omnia, ab A...
ſtotele mutuatus eſt. Eſt igitur *Deſunt*, non *Deſinun...*
gendum: vt ſit ſenſus, in ortu congenitos nunqu...
deeſſe, at poſt genitos deeſſe: nam his qui ante pu...
tatem caſtrati ſunt, non exeunt, & poſt puber...
tem exciſis ſoli decidunt, præterquam pubis. E...
eri poteſt vt homo tum mas tum etiam fœmina...
lis poſt genitis careat, iam inde ab ortu naturæ v...
contracto. Hæc Ariſtoteles ante dicto loco. ¶ S...
nec fœminis magno opere.) Locus eſt dimidia...
mutilusq;. Nam (vt puto) Plinius ſic ſcriptum r...
quit; *Spadonibus pueris non cadunt pili, ſicuti neque...*
minis magno opere. Et ex eodem Ariſtotele eodē lo...
Caluitij (inquit) *mulieres eſſe immunes, pueros & ſp...*
nes, apertum eſt ¶ Vt & lanugines oris.) Apo...
phon Toleranum. *Lanugine* agnoſcit, non *Lanug...*
commodiore lectione. vt ſint duo auferēdi caſus...
fluuio, & lanugine. ¶ Viris creſcunt maxime in...
pite.) *In capillo*, non *In capite*, ambo exempl...
¶ Quadrupedibus ...

Iam simiarum genera.)
m genera. ¶ Sunt enim
rælongæ, tum ex vtroque
Itotele, libro secundo, ca-
Pi generis habent: sunt enim
digitis vt manus constant,
iam manui simile est. Ex
num fit, locum etiam se-
¶ Sed vestigium palmæ si-
enim, *Et vestigium palmæ*
genitale tantum, & hoc in
almanticensi exemplari,
maribus tantum. Nam qui
em re intelligat) non ne-
um: an non satis est dicere, o-
ita præter hominem, nisi ad-

In posterioribus articuli bre-
s marculi breues. Aristote-
rimo: *Excepto elephanto,*
indiuisos leuiterque discre-
ibus longiora, & malleo-
ossidet. ¶ In posterio-
prioribus.) Sententia
ldita. vt superuacuum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ex lib. ij. cap. primo: *In*
à dextris partib. Repeti
Posteriora suspecta hab
ere. Certe illud cotidie
dextris, modo sinistris
EX CAP. XLVII. C
Vetus lectio, *collũ circũa*
dum, *Collum circumagit*.
auersum torquet, non au
ij. cap. xij. *Collum retro in*
pore. ¶ Nulli vncos ha
Porrectis ad caudam ea
vncos habentiũ vngues. Lo
cruribus volant. hoc sensu,
natura radios. Longipedes
lib. ij. cap. xij: *Sicut nonnulla*
tura calcar etiam dederit. Se
gues adunci sunt. Et paulo
les; *Cauda etiam tali qualis a*
carent; sed pennis conditam
ac planipedes sunt: maioren
quæ vel contractis ad ver
pusillæ gerulæ porrectis u
pronomen *eæ*, in Salm
negant volucrem vlla
& apodas habere &

MAGIA PHILOSOPHICA
hoc est
FRANCISCI PATRICII SVMMI PHILOSOPHI ZOROASTER.

& eius 320. Oracula Chaldaica.

ASCLEPII Dialogus.

& Philoſophia magna.

HERMETIS TRISMEGISTI.

Poemander.

Sermo Sacer.

Clavis.

Sermo ad filium.

Sermo ad Aſclepium.

Minerva mundi & alia Miſcellanea.

Jam nunc primum ex Bibliote-ca Ranzoviana è tenebris eruta & latine reddita.

HAMBVRGI

Anno 1593.

EFFIGIES DN. HENRICI Ranzovij, producis Cimbrici: Ætat: suæ LXVIII.



Veram Ranzovij, nomen qui extendit Olympo,
Effigiem monstrat pagina nostra tibi.

Emblema Eiusdem.

Dies mortis æternæ vitæ natalis est.
Sementis est mors unde vita pullulat.

FRAN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

FRANCISCI PATRICII, ZOROASTER.

ZOroaſtrem Magiæ inuentorem fuiſſe, ſatis apud Authores cõuenire ſcribit Plinius. Sed unus ne hic fuerit Zoroaſter, an & alius, non ſatis conſtare ait. Sane is qui noſtra ætate Sacram Bibliothecã compilauit, Sixtus Senẽſis, duos fuiſſe Zoroaſtres tradit: Alterum ex Diogene Laertio, Perſem Magorum principem. qui veræ Magiæ fuerit iuuentor primus. Alterum Bactrianorũ regẽ, qui ſit a Nino in bello victus. & qui primus veræ Magiæ fuerit corruptor, de quo Plinium, Iuſtinum, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Augustinũ ſcripſiſſe aſſerit. Qui ſi duo ſunt reuera, licet, & tertiũ addere de quo Clemens Alexandrinus lib. V. Strom. ita ſcribit.

Erus iſte, Zoroaſter eſt, qui de ſe ipſo hoc ſcripſit. Cõſcripſi Zoroaſter Armenij, genere Pãphyli us, qui in bello mortuus, ad inferos deſcendi, & a Diis hæc addidici.

Erum Plato lib. X. de Rep. XII. die poſtquam mortuus fuerat, ſuper pyrã poſitũ revixiſſe affirmat. Sed Plato idem Zoroaſtrem, Oromazi, nõ Armenij filiũ in Alcib. I. facit. Aut tres ergo, aut quatuor, & nõ vnus videntur fuiſſe Zoroaſtres. Iohannes autẽ Goropi9, in Gallicis, Zoroaſtrem neminem vnquam fuiſſe autumat. ſicuti ne-

que

que Hermetem Triſmegiſtum, neque Orpheum. nominum horum etymis, neſcio a qua Cimeria lingua, qua & Adamum, & reliquos patres ad Nochũ & Iapetum vſq; locutos, & ipſe credit, & alijs credi vult; derivatis. Quorum nominum etymon, ſicuti fidem penes eum manere volumus, ita illud addimus, Iapetum ab eodem Goropio, fuiſſe Zoroaſtren nominatũ. Cui Iapeto, quoniam Margiana, & Bactriana post diluuium a patre obtigerint, a ſecunda hac Magiam ortam eſſe, affirmatq; inde a Zoroaſtre, Oromazi filio, id eſt a Iapeto Nochi filio chariſsimo ad Perſas veniſſe. In qua re, multiplex patet Goropij error. Nam ſi Zoroaſter nemo vnquam ſua ſententia fuit, qua ratione Iapetum, Zoroa-

 ſtrum

ſtrum eſſe facit? Deinde apud Ioſe-
phum, Bactra non Iapeto condito-
ri tribuuntur, ſed Geteri, vni ex A-
rami filiis, hic aũt Semi filius fuit.
Perſæ autẽ cõditi ſunt, non a Iape-
to, aut quopiã e ſuis, ſed ab Elimo
Semi filio alio; ſicuti a fratre eius
Arphaxado Chaldæi. Inter quas
duas gentes Magia omnis, & or-
tum habuit, & præcipue eſt verſa-
ta. Itaq; Iapetus ex hiſtoria nulla
aut Bactrus, aut Perſa aut Chaldæ-
us fuit. Didymo vero Alexandri-
no Zoroaſter fuit Chamus. Aliis
Chuſus Chami filius. Sed quibus
nã id rationibus inducti dixerint,
quia non conſtat, credere ſuperſe-
demus. Porrò Zoroaſter ille Iuſti-
ni, valde eſt controuerſus. Etenim
Diodorus Siculus, Bactrianorum
Regem a Nino deuictum; non Zo-

roaſtrem

roaſtrem, ſed Oxyartem appellat Cui accedit proxime vna tranſpoſita R, Oxiatri nomen, quod ſe vidiſſe in aliquot Iuſtini codicibus manu ſcriptis retulit nobis Pyrrus Ligorius, vir totius antiquitatis peritiſsimus, ſicuti in aliis Zeoroſtren ſcriptum ſe inueniſſe affirmabat. Sed Arnobius Diodoro ccc. circiter annis poſterior, de Zoroaſtre ita ſcribit.

Vt inter Aßyrios, & Bactrianos. Nino quondam, Zoroaſtroq; ductoribus, non tantum ferro dimicaretur, & viribus, verum etiam magicis, & Chaldæorum reconditis diſciplinis.

Quæ res videtur cum Iuſtino concordare. Verum Suidas aliam

inijcit ſuſpicionem, nimirum. Zoroaſtrem Chaldæum fuiſſe, & Nino ſubditum, dum ita ſcribit.

Zoroaſtres Aſtronomus, ſub Nino rege Aßyriorum. Qui in uotis habuit, ut ab igne cœleſti interimeretur, adhortatus Aßyrios, ut eius cineres ſervarent. ita futurum, ut regnum ipſorum nunquam deficeret, quod vſq; adhuc apud eos ſeruatur.

In Aſsyria autem, Babylonem Chaldæorum caput fuiſſe, & Strabo ſeu Strato, & Plinius fatentur. Apud Chaldæorum etiam, & Perſarum gentes, Magicas floruiſſe, non autem in Bactris, apud authores eſt in confeſso. Eſto ergo Ba-

ctrianæ rex ille, ſeu Oxyartes, ſeu Ozyatres, ſeu zeoroaſtres, ſeu zoroaſtres, certe Magiæ inuẽtor nõ fuit, verę ſcilicet Magiæ, quę apud Chaldæos, ac Perſas Magos, magno in honore fuit. Aut ſi fuit, prauæ alterius magiæ fuit inuentor. Sed neque id ei a Diodoro, aut a Cteſia, ex quo multa Diodorus ſumpſit, tributum eſt. Qui quidẽ Cteſias, Bactriani iſtius regis res geſtas ſcripſit, vt Arnobius teſtatur. Hæc enim eius ſunt verba.

Age nunc veniat, qui ſuper igneam Zonam Magus interiore ab orbe Zoroaſtres Hermippo vt aſſentiamur authori. Bactrianus, & ille conueniat, cuius Cteſias res geſtas hiſtoriarum ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ponit in primo. Armenius Hosthanis nepos, & familiaris Pamphylius Cyri.

Nec ſolum, Magum Zoroaſtrē a Bactriano Zoroaſtre ſejūgit his verbis Arnobius, verum eos etiā, quos Clemens vti vidimus, coniunxerat. Nam ſi Pamphylius Zoroaſter familiaris Cyri fuit, & Armenius Hoſthanis nepos. Hoſthanes autem cum Xerxe in Græciā venit, manifeſtum fit, duos hos diuerſos fuiſſe: quando a Cyro ad Xerxem, anni interceſſerūt 78. & Nepos Zoroaſter Hoſthane, patruo iunior neceſſario fuerit. Quatuor itaque hi ſunt apud Arnobiū Zoroaſtres, Quintus vero Perſomedus. de quo Suidas in hanc ſententiam ſcripſit.

Zoroaſtres Perſomedus ſapiens, apud eos qui in Aſtronomia excelluerunt, Qui etiam primus nomen dedit ijs Magis, qui ciuilia tractarunt: Fuit autem ante Troiana tempora annis D. Feruntur autem ipſius de Natura libri IIII. De lapidibus precioſis I. Aſteroſcopica Apoteleſmatica libri V.

Quæ quidē verba, ex patria, Magorum inſtitutione, primus ille Chaldæus, ſiue Aſsyrius videri poteſt. Nam Aſsyriæ, pars Chaldæa fuit, Perſiæ, & Mediȩ contermina. Itaque vicinitate regionum, æquiuocum eſt nomen patriæ partum.

Sed

Sed librorũ numerus Prosomedi, nõ congruit cum Assyrio, vt mox patebit. Hæc ergo diuersitas librorum, si duorum authorum diuersitatem faciat, Persomedus hic Zoroaster, a Chaldæo Zoroastre est numero v. Cui videtur sextus ex Plinio posse, addi, Proconnesius. Verum cæteris ommissis, Magorum principem illum perquiramus. Cuius & vitæ initium, & medium, & finis, traduntur admirabilia fuisse. Scribit enim Plinius, eum eodẽ met die quo natus est, risisse. Eidemque cerebrum ita palpitasse, vt impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientię. Eundemque in desertis caseo vixisse annos 20. ita temperate, vt vetustatem non sentiret. Obijsse autem igne cœlesti concrematum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſicuti optauerat, Suidæ teſtimonio conſtat. Qui item tradit, eum, vti diximus, ſub Nino Aſſyriorum Rege floruiſſe, quod ab alijs non diſcordat. Nam & Epiphanius, eum Aſtrologiæ, doctrinæ prauę, & Magiæ inuentorem fere Nembroti Gigantis ætate fuiſſe aſſerit. Fuit.n. Ninus Nembroti nepos, ex filio eius Belo, genitus. Et Euſebius affirmat eum ijsdē temporibus cum Semirami, & Abramo vixiſſe Semiramim vero, nemo ignorat Nini fuiſſe vxorē. Qui Ninam vrbē condiderit anno a diluuio 291. & ſequenti 292. a Ioſepho dicitur Abramus natus. Conſonant itaque tempora. Ex quibus Eudoxi, & Ariſtotelis error proditur ingens. Quorum vterque, vti Plinius refert, ſcripſit, Zoroaſtren ſex

millibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

millib⁹ annorum Platonis mortem pręcesſiſſe. At is obijt Olympiade 108. Ad quam, a diluuio anni inter ſunt 2058. A quibus ſi demantur 300. circiter, quibus Ninus, Semiramis, Zoroaſter, Abramusque vixerunt, relinquentur a Zoroaſtre ad Platonis obitum anni circiter 1759. non autem ſex mille. Par ferè error eſt apud Hermodorum Platonicum, & Plutarchũ, qui Zoroaſtren ſcripſerunt, Troianam euerſionem anteiſſe annis VM. cum Troia euerſa ſit, anno a diluuio 1126 A quibus ſi demantur 300 illi quos diximus, reliqui erunt anni 826. In eundem errorē incidit Pleto Gemiſtus, Plutarchi ſecutus authoritatem. Nec vero, uera eſt apud Laertiũ Xanthi Lydi annorum ratio, qui ſcripſit a Zo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

roaſtre, ad Xerxis in Greciam trā-
ſitum 600. tantū annos medios fu
iſſe, cum diluuio ad Xerxen anni
cadant 1725. A quibus ſi detrahas
300. illos, remanent anni 1425.
Error eſt etiam apud Suidam, qui
ſcribit, a Zoroaſtre ad Troiam e-
uerſam intercidiſſe annos tantum
Quingentos, cum ſint M. vno mi-
nus. Sed Magorum princeps iſte
Zoroaſter, Perſanè fuerit, an alia
e gente, in dubium videtur verti
poſſe. Plinius namque, & Laerti-
us, Perſam eum fàciunt, Pletho, &
eū ſecuti Ficinus, Steuchus, & alii
recentes auth. Chaldeū exiſtimāt.
Chaldæos autem, a Magis, quorū
caput fuit Zoroaſter, Porphyri9,
tum apud Proclum, tum in vita Py
thagoræ diſterminat. Ioannes ve-
ro Picus, hos vtroſq; confundit,

dum

dum ad Ficinum ſcribens, gloriatur ſe Chaldaicos quoſdam libros inueniſſe his verbis.

Chaldaici hi libri ſunt, ſi libri ſunt, & non Theſauri. Audi inſcriptiones. Patris Ezre, Zoroaſtris, & Melchiar Magorum, oracula. In quibus & illa quoq; quæ apud Græcos, mendoſa, & mutila circumferuntur, leguntur integra, & abſoluta. Tum eſt in illa, Chaldæorum ſapientum, breuis quidem, & ſalebroſa, ſed plena myſterijs interpretatio Eſt itidem & libellus, de dogmatis Chaldaicæ Theologiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Tum Perſarum, Græcorum, & Chaldæorũ in illam diuina, & locupletiſsima enarratio.

In quibus ſanè Pici verbis, comiſcentur ſine diſcrimine, Chaldæi, Magi, Perſæ, & Zoroaſter. Sed Chaldæum eum fuiſſe, ut credam multis adducor argumentis. Tum quod Chaldæorum lingua eius oracula hæc ſcripta fuerint, vt hic Picus teſtatur, Tũ quod Chaldaica, etiã fuerit iterprætatio Tum quoq; quoniam Proclus, & Pſellus Chaldaica ea appellat. & præterea, & hanc ipſũ oraculorum horum, Theologiam Chaldaicam, & Aſſyriam Theologiam vocant. tum etiam quòd in Aſſyria, narratur mortuus. Aſſyriorum autem regum ſedes Babylon fuit, &

Chaldęorum quoque gentis caput Eamq; vrbē Aſsyriæ parti vni, nomen Babyloniç dediſse, Strabo, ac Plinius tradunt. Et Chaldaicum etiam nomen ipſius Zoroaſtris eſſe videtur: quando prorſus ſimili nomine Suidas Zoromaſdem, Zoroaſtro ſubnectat. & Dinō, & Hermodorus apud Laertium ſcribant, ex interpretatione nominis, Zoroaſtrem, aſtrorum cultorem fuiſſe. Quod cum Epiphanio conſentit. qui Aſtrologiæ eum facit inuentorem, & Suidas Aſtronomum nominat: & Aſtrologica ſcripſiſſe aſſerit. Aſtrologiam autem omnium gentium maxime apud Chaldæos floruiſſe, nemo ignorat. Azonacem quendam Plinius præceptorem eius fuiſſe nominat. Nec fuerit a vero abſonum, ſi Azona-

cem

cem hunc dicamus, de ſchola Semi, aliquem fuiſſe, aut Heberi. Tradũt enim Thalmudiſtæ, Semum primum omnium ſcholam doctrinarum inſtituiſſe. Quem ſecutus ſit Heberus, a quo ſapientum ſecta, ab eo deriuata, Hebreorum, quaſi Heberorum nomen aſſumpſerit Fuiſſeque ambas eas ſcholas celeberrimas tradunt. E quibus, & Abramus prodierit, & Iacob nepos eius, ut ſapientia imbueretur ad eas eſt profectus. Non eſt autem dubium Semum a Nocho patre inſtitutum fuiſſe. Quem omnes ab Adamo doctrinas per manus traditas calluiſſe, a multis eſt memoriæ commendatum. Qu.od veum cum ſit, & non ſit a ratone alienum, eis contemporaneum Azonacem, in eorum ſcholis inſtitutum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ijſdem de Deo ſermonibus Zoro-aſtren imbuiſſe. Inde forte, non immerito Proclus Chaldaicā Theologiā, θεόδοτον ϗ θεοπαράδοτον non ſemel appellauit, & Chaldæos illos a Diis edoctos fuiſſe aſſeruit. Scripta autem Zoroaſtris, Suidas ſic enumerat, vt de Natura ſint. lib. 4. De Precioſis Lapidibus. I. Aſtrorum contemplationis effecta. V. Scripſit etiam de Agricultura. de quibus Plinius aliquid citat. Scripſit etiam oracula, vt ex Pico apparuit, & alia multa, quæ Hermippus collegit ad vicies centum millia verſuum: & indicibus poſitis vti Plinius refert, eius volumina explanauit. Cuius Hermippi, Laertius librum quoq; De Magis adducit, & ab Arnobio teſtis eſt productus. Puto autem Hermip

pum

pum hunc illum Smyrneum, qui dictus est Callimachius. Cuius libros, similis ferè argumenti, De septem Sapientîbus, De legumlatoribus, De Hipponacte, De Gorgia, De Aristotele, Atheneus, nō rarò citat. Cum aũt libri Zoroastri Chaldaice scripti fuerint, non immerito quæri potest, a quo nam fuerint postea Græci facti? Sane Iosephus, de Beroso ita scripsit.

Testis horum est Berosus, vir Chaldæus genere, notus iis qui in disciplinis versati sunt. Quando quidem ipse scripta Chaldæorum de Astronomia, & philosophia in Græcos extulit.

Itaque Berosus ex hoc testimo-

nio, ni fallor fuerit primus. Secundus eſt Ariſtoteles qui librũ conſcripſit, cui Magico fuit inſcriptio: Sed Eudoxus, & Hermodorus Platonicus, & Xanthus Lydus videntur Magorũ multa proſequuti. Et Hermippus de quo ſupra.

Fuerũt poſtea duo Chaldæi, Iuliani pater, ac filius. De quibus ita eſt apud Suidam.

Iulianus Chaldæus philoſophus, pater eius Iuliani, qui vocatus eſt Theurgus, ſcripſit de Dæmonibus libros IIII. Sunt autem ad cuſtodiam cuiusque hominum membri. qualia ſunt Chaldaica ſacrificia. Deinde Iulianus prædicti filius ſub M.

Antonino Cæsare scripsit, & ipse Theurgica Logia carminibus. & alia quæcumq; talis scientiæ arcana sunt.

In quibus verbis, nominatim sunt Logia ab eo carminibus Græcè scripta, seu potius e Chaldæo conuersa. Quæ quamuis non videantur, integro carmine conscripta: id euenit, quia mendosa sunt, vti Picus ait, & mutila. Quod etiã Sibillynis carminibus euenisse Lactantius testatur. Hunc Iulianum Proclus, subinde Theurgum vocat, dum Logia adducit, & exponit, citatque eius librum 7. de Zonis. Zonæ autem quid fuerint in Chaldaica Theologia postea fiet palã. Adducuntur etiam a Porphyrio, Symbulus, & Pallas quidam, qui

Magorum res Græce conſcripſerunt Chaldæorũ libri aliquot philoſophici videntur in Arabicam quoque linguam fuiſſe uerſi. Scribit enim Auenrois quodam loco. Apud Chaldæos philoſophiam, ita perfectam quondam fuiſſe, ſicuti fuit, vt ipſe loquitur, tempore Ariſtotelis. Fuerunt libri Zoroaſtri, poſtea quam a Iuliano, aut quouis alio, Græci facti ſunt, in tanta veneratione, vt Clemens ſcribat, eos Chriſtianos, qui Prodici hæreſin ſequerentur, gloriari ſolitos, ſe eius arcanos libros poſſidere.

Et Porphyrius in Plotini vita narrat Chriſtianos multos, ex antiqua philoſophia profectos, A-

delphij, & Acylini fuisse sectatores, , eosq; Alexandri Lybici, Philocomi, Demonstrati Lydi, plurimos libros circuntulisse, & reuelationes quasdam Zoroastris, Zostriani, Nicothei, Allogenis, Mesi, aliorumque huiusmodi palã ostendentes, multos decipientẽs, & ipsi antea decepti. Qui assererent Platonem, intelligibilis essentiæ profundum minime penetrasse. Eaque de causa Plotinum, multas in ea argumentationes intulisse, atque contra eos librum scripsisse, qui contra Gno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

sticos est. & Amelium eius auditorem libros XL. composuisse contra librum Zostriani. Ipsumq́; Porphyrium multis argumentis ostendisse librũ Zoroastri ab illis inscriptũ adulterinum nouumque esse: & ab illis confictũ qui struebãt hæresim, vt eorũ institutiones esse Zoroastris veteris crederentũ

Ex quo loco apparet, in tam magna fuisse Zoroastri libros institutione, vt confiderent multi, vel rationibus, vel authoritate, quæ eius esse crederentur Platonis dogmata Theologica posse conuelli; & nouam in Theologia Christiana hæresim, vel constituere, vel constitutam confirmare. Sed vtinam integra ea oracula haberem⁹,

quæ Picus inuenerat. Vtinam quę Chaldæi, Persæque in ea commentati fuerant. Vtinam libellum cum enarratione, qui Chaldaicam Theologiam complectebatur. Vtinam denique ipsius Pici commentaria in ea ipsa, & oracula, & libros. Quæ Ficinus scribit in obitu eius inter scriptorū suorum reliquias, a se reperta esse: sed ita exarata, vt vix ab eo ipso legi possent Pico. Quæ malum, pessum ierunt cum concordia, ab eo scripta Aristotelis cum Platone: Equidem maximam fecit hæc Chaldaica Theologia iacturam, in iactura XL. librorum Amelij. In quibus rationi valde cō sonum est, quo facilius Zostriam librum falsitatis coargueret, cum sæpe vera Zoroastri dogmata, & oracula protulisse. Non minor for

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

te iactura alia fuit, quatuor Porphirii librorum quos, vt refert Suidas, ſcripſerat in hiſtoriam Iuliani Chaldæi philoſophi, eius nimirum qui ea oracula in Græcum ſermonem verterat. Sed ingens profecto naufragium paſſa eſt philoſophica Reſp. in amiſsione commentariorum eius auditoris Iamblichi, quorum XXVIII. librũ Damaſcius bis citat ſub titulo, Chaldaicæ perfectiſsimæ Theologię, ſemel & iterũ, ὥς ἐν τοῖς χαλδαικοῖς, ὁμολογούμενος ὁ Ἰάμβλιχος. ſicuti in Chaldaicis fatetur Iamblicus. Sed & huius diſcipulus, Syrianus; cognomẽto Magnus teſtãte Suida libros X. ſcripſit in Logia, hoc eſt oracula Zoroaſtri forte omnia. Sed proh nefas maximum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Ea ſcripta, & Theſauri periere om nia: & ex tanto naufragio, vix ſuper fuerunt ſexaginta tantum oracula vere diuina. Quæ quinquageſimo ab hic anno Pariſiis a Lodoico Tiletano fuere Græce impreſſa ſub titulo.

Μαγικὰ, λόγια, τῶς ἀπό τȣ̃ Ζωροαςρȣ μάγων.

Magica oracula, eorum qui a Zoroaſtre ſunt Magorum cum Græcis commentariis, quæ reperi poſtea eſſe Plethonis Gemiſti. Quē quidem pauxillum numerum, auxi mus nos non pœnitenda additione, vſque ad. 324. magno labore a nobis conquiſita in Platonicorum philoſophorum quæ ſuperfuerunt ſcriptis, Procli, Hermiæ, Simplicij Damaſcij Syneſij, Olympiodori,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Nicephori Gregorij Synesij commentatoris, & non nihil etiam in Arnobio reperimus. Cum eorum singulorum aliquibus expositionibus, & argumentis Chaldaicæ philosophiæ. Quæ omnia in vnũ collecta, & in ordines quosdam distributa, quæ sparsa inuenimus ad cõmunem philosopiæ sincerioris studiosorum, & latina fecimus, & in publicum libentes damus. Sed antequam vlterius progrediamur, non est negligenter dispiciendũ, an Logia hæc, vti inscriptio prætulit sint Magica, & quo sensu Magica Id autem fieri non poterit, nisi Magia quid sit cognoscamus. Magiæ nomen horrent plerique. Puto a Simone illo qui sanctis Apostolis se se opposuit, hoc horrore deriuato. Qui cum vere, non

Magus, ſed Goes Γόης eſſet, falſo Magum ſe ſe cognominauit. Cui mentito Mago, Magi veri tres opponantur ij, qui ab Oriente, D. Ieſum venerunt adorare. Etenim eſt ſciendum, Magiam, & Goitiã, & Pharmaciã longe, inter ſe eſſe diuerſas. Quod cum Plinius forte ignoraret, imperite Magiam deriſit vniuerſam. Sed nihil eſt id in eo viro mirandum, qui etiam Deum rerum authorem, vel ignorauit penitus, vel irriſit cognitum. Itaque ad hanc rem dignoſcendam, authoribus, Plinio potioribus vtamur. Inter quos ſumm9 Plato Magiã Deorum cultum eſſe affirmat, cũ ſcribit μαγείαν τε διδάσκει τοῦ Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου, ἐστὶ δὲ τοῦτο, θεῶν θεραπεία.

Magiam

Magiam docet Zoroastri, filij Oromazi. Est autem hoc Deorum cultus.

Porphyrius autem in hunc modum.

Παρὰ γεμὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι προσαγορεύονται. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ μάγος.

Apud Persas vero, qui circa diuina sunt sapientes, eorumq; cultores, Magi appellantur. Hoc enim significat eius regionis propria dialecto Magus.

Ioannes quoque Picus ait, nomē hoc Magus, idem esse apud Persas, quod apud Latinos sapiens & apud Græcos philosophus. Et Pico anteriores Philo, & Hermias Magos in hunc describunt modum. Prior ille.

Veram quidem illam Magiam, hoc est contemplatiuam scientiam per quam clarius naturæ opera cernuntur, vt honestam atque expetendam, non vulgus solum sectantur: sed maximi etiam regum reges, precipue Persæ tam sunt harum artium studiosi vt regnare nemo poßit nisi sit inter Magos iudicatus!

Hic vero ita. Magi ſunt, qui de ſingulis philoſophantur. Conſuetudo autem communis Magos pro maleficis accipit; qui aliter habentur apud gentem ſuam, eò quod ſint philoſophi Chaldæorum, & ad artis huius ſcientiam, reges quoq; & principes eiuſdem gentis omnia faciunt, vnde & ipſi primum, in natiuitate Domini Saluatoris, primi ortum in tellexerunt. & venientes in Betlem adorauerunt.

Itaque Magus, vera ſui nominis interpretatione, non aliud ſibi vult, quàm Dei cognitorem, & cultorem. Cui nomini, rem quoq; apud Magos reſpondiſſe author eſt Arnobius, vir pius & Catholicus de eo Hoſthane ſcribens, cui maxime infenſus videtur fuiſſe Plinius. Inquit euim ille.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Eorum Magorum, & eloquio, & negotio primus Hosthanes, & verum Deum merita maieſtate proſequitur, & angelos miniſtros, & nuncios Dei, ſed veri, eius venerationi nouit aſsiſtere. vt e nutu ipſo, & vultu domini territi contremiſcant. Idem & Dæmonas prodidit: terrenos, vagos, humanitatis inimicos.

Proclus vero ex Porphyrio referens, libro II, in Timæum, in hanc ſententiam, ne ſemper Græca afferam, ſcripſit.

Quacumque vero, & eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& prouidentiam eos rerum habere putant, & multa eorum quæ fiunt, posse etiam aliter euenire, hi & preces conuenienter approbant, & vitam nostram dirigere confitentur. Atque addunt, proborum hominum preces conuenire maxime: Quoniam nos diuinitati connectant. Simili enim, simile coniungi amat. Dijs autem probus vir, simillimus est. Et quia in custodia sint ijs qui virtuti incumbunt, & a corpore veluti a carcere comprehensi, debent Deos precari de transitu ab hoc loco

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Et quia veluti filij, a patribus distracti, precari eos conuenit de regressu ad veros eorum patres Deos. Et quoniam veluti patre, & matre carere videntur ij qui non curant precari, neque se se conuertere ad præstantiores. Et quia in omnibus gentibus, ij qui sapientia excelluerunt, circa preces studiosi fuerunt; Indorum quidem Brachmanes, Magi vero Persarum. Græcorum vero, qui maxime Theologi fuerunt Qui & sacrificia instituerunt, mysteria. Chaldæi vero, & ali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ter diuina coluerunt, & ipsam Deorum virtutem, Deorum confitentes esse, venerati sunt. tantum abest, vt ob virtutem sacra spreuerint.

Magi itaque inter alios sapientes maxime Deum sunt venerati: maxime ad Deum preces & sacrificia porrexerũt. Propriamque eorũ virtutẽ Dei virtutẽ esse, idesta Deo in se profectã fatsi sunt. De qua ad Deũ prece, tam magna ea sunt, quæ Proclus ex Chaldæorum dogmatibus subnectit, vt maiõa & excellẽtiora uix crediderim a quoquã Christiano, scripta reperiri posse. Est in his Zoroastri oraculis Dei Patris, & Filii, & Spiritus non solũ aperta cognito, sed magnificæ etiã laudes

credi-

Crediderim hoc dogma de Trinitate perſonarum eum habuiſse ab Abramo vel ab aliis Deo Charis. quoniam ſuo lumine naturali non poſse nos deuenire in cognitonem myſterii Trinitatis.) Factorem rerũ omnium, mundi creatorem eum celebrant. Angelos agnoſcunt. Paradiſum prędicant. Animarum immortalitatem docent expreſsè. De ueritate, dę Fide, de Spe, de Amore, ſeu Charitate, breuia, ſed eximia habent dogmata. Quibus veluti gradibus, ad Deum reduces fieri poſsumus. Multa quoque de Magorum abſtinentia, caſtitate, ac ueluti pœnitentia, referuntur, non abſimilia ab iis, quæ in heremis ſancti patres chriſtiãi narrãtur egiſse. Vt non immerito Apollinis oraculum quamuis plerumque

mendax, in hoc uere pronunciaſse videatur. Id quod Porphyrius, refe rente Euſebio, retulit.

Chaldæis quæ vera eſſet ſapientiã tuam Hebræiſq; ipſis conceſſum; agnoſcere pura, Æternum qui mente colunt Regẽque Deumque

Itaque hæc prima, præſtantiſſimaque Magiæ pars, non aliud eſt, quàm Theologia, & religio: & ſi non vera plene, uti poſtea fuit a Chriſto reuelata attamẽ proxime omnium ad eam acedit. vt mirandũ maxime, ac merito videatur, quo nam modo, tantum ſe potuerit ſuis viribus mens humana attollere, Et hæc profecto eſt, quam Plinius ſub religionis nomine ridet, ridendus ipſe maxime, & execrandus. Alia

magiæ pars eſt cognitio cœleſtium motuum atque virium exacta. Per quam, & influxus cœlorum in hæc inferiora percipiuntur; & ad humanę uſum uitæ, in ſeminationibus plantationibus: & in vniuerſum in omni agricolendi ratione fructus capiuntur. Quod in Caſſio Vticenſe maxime apparet. Recta itaque ratione, non ſolum Zoroaſter, ſed etiam Abramus itidem Chaldæus Aſtronomiæ habiti ſunt periti. Quem Abramum, Philo Iudæus probat per Aſtronomiæ ſcientiam in ueri Dei notitiam perueniſſe, eique ob id Sacrificia inſtituiſſe.

Tertiam Magiæ partem Plinius fuiſſe recenſet Medicinam. Nos vero cum magnis, ac pijs viris dicimus, Magiā in uniuerſum naturæ totius cognitionē complecti. Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

eam quidem, quæ in vſu hodie eſt apud Perpateticos, quæ in ſola Ariſtotelis uerborum interpretatione uerſatur tota, nihil penſi habens ſi res aliter ſe habeant, quam ipſi in duce ſuo intelligant. Sed eam que interſperſas, interſeminataſque mundo virtutes, quaſi de latebris, ac tenebris in lucem euocans, non tam facit miranda, quam operanti naturæ famulatur. Et eam quæ vniuerſi partibus ineſt Sympathiam, quaſi artifex promit, & in vſum de mundi receſſibus, gremioque naturæ profert.

Hiſce verè declararis rebus, palã arbitramur ẽſſe factum Magiam integram, non eſſe aliud, quam Dei venerationem: & cœlorum, atque naturæ virium cognitionem. Quam cur vel Plinius rideat, vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

horreant alij, nihil video, præter quâm quòd ridendus ipſe ſit, & deplorandus.

Talis Magiæ veluti Simia quædam, & infelix æmula, Goetia apud nequam homines eſt nata, cultu, ac comertio dæmonum referens Magiæ Theologiam: prædictionibus, humanorum euentuum ſingularium, ſimilis facta Theologiæ. & naturalis, veræque Magiæ effectiones præſtigiis repræſentans: vt quæ ſunt, non eſſe videri: & quæ non ſunt, eſſe videri faciat: ad omnia, ope atque opera dæmonum exhibita. Quæ ſi circa defunctorum corpora adhibeatur, Necromantiæ nomen eſt adepta. ſi ad ignem, aut aquam, Pyromantia, & Hydromantia vocatur. Mateotechnia vero ſi circa aerẽ: quoniã ſimul aere percuſſo euaneſcat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Pharmacia vero ea eſt, quæ cibis potuque philtra, reſque amatorias fingit procurare, qualem narrat ſe expertum Lucianus, & Apuleius. & qualem in multo vſu apud Theſſalas mulieres fuiſse ſcribunt. Finxit etiam medicinas quaſdam ad morbos varij generis depellendas ſe nouiſse. Ita euenit, eos qui, cum mali eſſent ſub bononomine ſibi voluerunt credi non Goitas, quod nomen eſt a dolore, ſed Magos quod eſt a pia ſapientia ſe appellari maluiſse. Fateorquoq; multos ne Goites eſſent, vti Magi viderentur ex Magia deſũſiſse aliqua, vt eo pretextu credulum vulgus ad ſe, quæſtus gratia traherent. Huiuſmodi ferè ſunt aliqua apud Euſebium, ac Gregoram, quæ ipſi ex Hecates oraculo ſe deſumpſiſse af-

Quæ Dæmonũ ſunt quædã euocationes & præſtigia: Quæ impia, noluimus cũ pijs hiſce commiſcere Verum ad oracula Zoroaſtri redeuntes, operæ fuerit precium, antequã ea vel proponãus, vel exponamus, quædam veluti prolegomena eorum prænotare, vt nimirum facilius eorum ſenſa intelligamus. Sunto autem hæc prima, quæ ſcripta ſunt a Proclo in prooemio comentariorum ſuorum in Platonis Parmenidem.

Ἡ δὲ τῶν ἱερατικῶν θεῶν, κατα τὴν τῶν μυςικὴν ἑρμηνείαν ἐκδεδοκότων. οἷα τὰ τοῖς Ἀσυρίοις ὑμνημενα, ζῶναι, καὶ Ἀζουνοι, καὶ Πηγαὶ, καὶ Ἀμει-

λικτοι.

λικτοι, καὶ Συνοχεῖς, δι' ὧν ἐκεῖνοι τὰς τάξεις ἑρμηνεύουσι τῶν θεῶν,

Sacrorum vero nominum, Deorum ſecundum eorum myſticam interpretationem traditorũ. vt ea quæ ab Aſſyriis celebrantur. Zonæ, & Azoni. & Fontes & Amilicti, & Synoches, per quæ illi ordines Deorum interpretantur.

Similia his Pſellus poſtea tradidit, vtinam ſicuti prolixius, ita & diligẽtius. ſed qualiacumque ſint, nõ inutilia cognitu fuerint. Sũt autem hæc verbis ſuis.

PSELLI EXPOSITIO per capita, dogmatum quæ ſunt apud Aſſyrios.

POſt vnum, paternum dicunt profundum, ex tribus triadibus repletum. Singulas autem triadum, habere patrem primũ. deinde Potentiã mediam. & mentẽ ad hæc tertiam, quæ claudat triadem in ſe ipſam. Vocant autẽ has, etiã intelligibiles. Poſt quas alium ordinem, intelligibiliũ ſimul & intellectualium. trinè hunc diſtinctum; in Iyngas, & Synocheas, & Teletarchas. Poſt medium hunc ordinẽ, intellectualis eſt. Vnã quidem habens triadẽ paternã. Eam quæ eſt ſemel trans, & Hecates, & quæ eſt bis trans. Aliam quæ eſt Amilictorum trium. & vnum hypezocota. Fontes vero hi ſunt ſeptem. Poſt vero hoſce fontes. ſunt hyperarchij, dein Azoni, deinde Zonęi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Zonæi Post quos Angeli, dein Dæmones. post quos Animæ. Et tandem mundus corporeus Septē autem dicant mundos corporeos, Empyreum vnum, & primum. & tres post eum Æthereos. deinde tres materiales, Inerraticum. Erraticum, & qui sub Luna est. Et primum quidem determinant, secundum mentem. Aethereos vero secundum animam. Materiales vero secundum naturam. Fontem vero Angelorum, & Dæmonum, & Animarū, & Naturarum, Hecatē esse dicunt. Deducunt vero multoties animam in mundum, ob causas multas. Vel ob alarum defluxum, vel ob voluntatem paternam, ad exornandum terrenam sortem. Existimant ēt mundū esse æternū

Dicunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Dicunt quoque. Aden multipliciter & nunc Deum ipſum nominant, Principem terrenæ ſortis. Nunc autem locum ſublunarem. Modo etiam, medietatem ætherei mundi, & materialis. modo quoque irrationalem animam. & ponunt in ea rationalem, non eſsentialiter, ſed reſpectu quodam, quando Sympathiam ſecum habuerit. Ideas exiſtimant, nunc quidē Paternæ mentis conceptiones. nunc autem vniuerſales rationes, Mentis, animæ, naturæ. quas dat quidem Mens ipſi animæ. Anima vero Naturæ. Sympathiam dicunt eſse ſuperis cum inferioribus. & maxime quæ ſub luna ſunt. Reſtituunt uero in priſtinum animas, ſecundum menſuram propriarum purgationum, in totis mundi regionibus. Quaſdam etiā

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſupra mundum reducunt. Horum autem dogmatum plurima, & Ariſtoteles, & Plato ſuſceperunt. Plotinus vero & Porphyrius, & Iãblich⁹, & Proclus, omnia ſunt ſecuti, & tanquam diuinas voces ea ſuſceperunt.

In alio exemplari, ita ſe habet.

EIVDEM PER CAPITA, DE *dogmatis quæ ſunt apud Chaldæos*

Septem dicunt corporeos mundos. Empyreum vnum, & primum & tres poſt ipſum Aethereos, deinde tres materiales. Quorum poſtremus terrenus dictus eſt, & oſor lacis, qui eſt ſublunatis locus, habens in ſe, etiam materiam. quia vocant profundum. Vnum principium vniuerſorum opinantur, & vnum ipſum, & bonum celebrant

Dein

Dein Paternum quoddã profundũ venerantur, ex tribus triadibus cõpositum. Quęque vero trias, habet Patrem, Potentiam, & Mentem. Deinde est Intelligibilis Iynx & post eam, Synocheus, Empyreus, Ætherius, & Materialis. Post vero Synocheas, Teletarchæ. Post hos vero, Fontani patres. qui vocãtur etiam mundi ductores. Quorum primus is qui semel trans dicitur. Post quem Hecate, de in is qui bis trans. Post quem, tres Amilicti, & vltimus, hypezocós. Venerantur quoque fontanam Triadem, fidei, & veritatis, & amoris. Dicunt etiam Archicum solem, a solari fonte, & Archangelicũ, & fontem sensus, & fontanum iudicium, & fulmineum fontem, & fontem dioptrarum. & characterum fontem, in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſidentem ignotis ſynthemaſi. & fontanas ſummitates Apollinis, Oſiridis, Mercurii. Materiales vero fontes dicunt. centrorum, & elementorum, & ſomnorum Zonam. & fontanam Animam. Poſt autem fontes dicunt eſſe principia. Fontes enim principaliores ſunt, principiis. Zoogonorum vero principiorum, ſummitas quidem Ecate vocatur. Medietas vero, Anima principalis. Terminatio vero Virtus principalis. Sunt vero apud ipſos, etiam Azonæ Ecatæ, vt Triecdotis Chaldaica, & Comas, & Ecclyſtica. Azonici vero apud ipſos Dij, Serapis, & Dionyſus, & Oſiridis ſeries, & Apollinis. Azoni vero vocantur, qui libere in libertate viuunt, poteſtatem exercentes in Zonas & superſedentes·

manifeſtis Diis Zonæi vero, qui cœleſtes Zonas ſeparatim, & libere circumuoluentes, & ea quæ hic ſunt adminiſtrantes. Diuinum. n. genus apud ipſos eſt Zonæum cui diſtributæ ſunt mundi ſenſibilis regiones. & ſortitum eſt circa materialem locũ, ſortitiones. Poſt Zonas vero eſt, inerrans circulus, continens ſeptem ſphæras, in quibus ſunt Aſtra. Et alius quidem apud eos eſt ſolaris mundus, æthereo profundo ſeruiens. alius vero Zonęus vnus e ſeptem exiſtens. Humanarum animarum, cauſas duplices fontanas ponunt: Paternam Mentem, & fontanam animam, & procedit quidem eis particularis anima, a fontana per voluntatem patris. Habet vero & per ſe genitam eſſentiam, & per ſe viuentem.

Non enim eſt, vt ab alio mota. Nã iuxta oraculum, portio eſt ignis diuini, & ignis lucens. & intellectio paterna. Et eſt forma immaterialis, & per ſe ſubſiſtens. Tale enim eſt, omne diuinum, cuius pars eſt anima. Et omnia dicunt eſſe, in ſingula anima. Per ſingulam vero proprietatem ignotam, fabilis & ineffabilis Synthematis. Deducunt vero animam ſæpe in mundum, ob cauſas multas, vel ob alarnm defluum, vel ob voluntatem patris. Opinantur vero mundum æternum, & aſtrorum periodos. Aden multis modis partiuntur. & nunc ipſum Deum nominant principem terrenæ ſortis; nunc vero ſublunarem locum dicunt. Nunc autem medietatem ætherei mundi, & materialis. Nunc etiam irra-

tionalem animã. Et ponunt in ipſa rationalē, non eſſentialiter. ſed per reſpectum, quèm compatitur cum ea, & profert particularem rationem. Ideas exiſtimant, modo patris conceptus & modo vniuerſales rationes, & naturales, & animaſticas & mentales. modo autē ſeparatas entium exiſtentias. Magicas vero rationes conſtituunt a ſummis poteſtatibus, & a terrenis materiebus. Compati aiunt, ſupera inferis. & præſertim ſublunaria. Reducunt vero animas poſt obitum, ſecundum menſuram propriarum purgationum in cunctis mundi regionibus. Quaſdam etiã ſupra mundum attollunt, & medias ipſas cõſtituunt, impartibilium, & partibilium naturarum. Horum vero dogmatum pleraque, & Ariſtoteles, & Plato ſuſceperunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Plotinus vero, & Porphyrius, & Iamblichus, & Proclus omnia ſunt ſecuti. & vt diuinas voces ea ſunt amplexati.

FINIS.

Ideo, & manere ſemper impigræ vertigini, omnibus per gratiam largitur, in eodem vaticinio.

Alio iterum loco, ita ſcribit.

Ἐπεὶ καὶ αἱ ἴυγγες, οὐ τρεῖς μόνον ἀλλὰ πλείους. φησὶ γὰρ χρησμῳδῶν θεός.

Quando quidem & Iynges non tres ſolum ſunt, ſed plures. Inquit enim vaticinator Deus.

Sed hæc vaticinia, non videntur

eſse de rebus futuris yllis. Sed reue-
lationes quædam diuinarum rerũ
& diuinorum ordinum, & quomo
do Deus, & intelligibilia entia, &
animas, & mundum produxerit,
Neque aliter videntur hæc ſuſci-
pienda, quàm fuerint olim, Sibyl-
larum oracula ſuſcepta. Inter quæ
multa fuerunt, quæ veteribus patri
b⁹, vera, ac pia uiſa Catholica Eccle
ſia, maximopere, & laudauit, & cõ
probauit. Atq; hęc ſine dubio cauſa
eſt, cur Procl⁹, & θεοπαράδοτον,
a Deo traditam, hanc Theologiã
appellet, & ἔνθεον καὶ ἀντιφθεγ-
γέσθε δοκεῖ μάλιστα πασῶν
ταῖς ἡμετέραις ἐπινοίαις.

Et primam omnium maxime my
ſticam eſſe, eſt in confeſso, Chal-
daicam. Reuera enim hæc, & con-

tradicere videtur maxime omnium nostris conceptibus.

Logia hæc nos, sparsa huc, illuc, per Platonicorum libros collegimus, ex Procli Theologià, commẽtariis in Parmenidem, Timæum, Rempub. Cratylum. Ex Hermia in Phædrum. Ex Olympiodoro in Philebum in Phædonem. ex Synesio, ex Simplicio in quartum Physic. ex ipso denique Damascio, & Nicephoro Gregora. Sed ea in classes quasdam, intelligentiç clarioris gratia, redegimus: xij. singulis tamen primam authoris nominis literam præfiximus, vt cognoscatur vnde ea sumpserimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

FRANCISCI PATRICII ZOROASTRI *oracula.*

MONAS, DYAS, ET TRIAS.

Vbi paterna monas est. (Psel.
Ampliata est Monàs, quæ duo generat. (Dam.
Duitas enim apud hunc sedet, & intellectualibus fulget (Pro.Da. sectionibus.
Et gubernare cuncta, & ordinare, quodcumque non ordiuatum.
Toto enim in mundo lucet Triâs, cuius monas est princeps(Dã.
Principium omnis sectionis hic, est ordo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

In tria namque Mens dixit Patris ſecari omnia.
Cuius voluntas annuit, & iam omnia ſecta fuere.
In tria namque dixit Mens patris æterni,
Mente omnia gubernans.
Et apparuerunt in ipſa, Virtus, & Sapientia. Dam
Et multiſcia, Veritas.
Hinc, fluit Triadis vultus ante eſſentiam,
Non primam, ſed eam quæ menſuratur,
Principijs tribus hiſce, capias ſeruire cuncta.
Et fons fontium, & fontium cunctorum.
Matrix continens cuncta.
Inde affatim exilit, generatio multiuariæ materiæ. (Proc.

de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Inde tractus præſter exilis ignis
flos.
Mundorum indens cauitatibus.
Omnia namque inde.
Incipit deorſum tendere radios
admirandos.

PATER ET MENS.

Se ipſum rapuit pater, neque (Pſel.
ſuæ.
Potentiæ mentali claudens pro-
priæ ignem.
Nõ enim a paterno Principio (Pſel.
imperfectum quid rotatur.
Cuncta namque perfecit pater.
Et menti tradidit ſecundæ.
Quam primam vocat omne genus
hominum.
Patrogenia lux. multum namque
ſola. (Proc

E patris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

E patris robore decerpens mentis florem.

Opera enim intelligens paterna mens e se genita.

Cũctis inseminauit vinculum igni grauis amoris.

Quo omnia maneant, tempus in interminatum amantia.

Neque omnibus, quæ patri mntea liter contexta, monstret.

Vt in amore maneant, mundi elementa manentia.

Habet ipsa intelligentia, paternam mentem indere.

Omnibus fontibus, & principatib⁹.

Est enim finis paterni profundi, & fons mentalium,

Neque progressus est, sed mansit in paterno profundo.

Et in adyto, per deonutriens silentium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Non enim in materiam ignis trās, primus,
Suam potentiam claudit operibus, sed meati.
Symbola enim paterna mens seminauit per mundum.
Quæ intelligibilia intelligit, & ineffabilia exornat.
Tota partitio, & impartibilis. (Dā.
Mente quidem continet intelligibilia, sensum vero inducit mundis.
Mente quidem continent intelligibilia, animam vero inducit mundis.

MENS INTELLIGIBILSA
Et Mentalia;

Et vnius mentis intelligibilis. (Dā
Non enim sine intelligibili mēs est non seorsum existit. (Proc

Quædam ſane ſunt mentalia,& intelligibilia quęcunque dum in telligunt intelliguntur.

Cibus vero intelligenti, eſt intelligibile.

Diſce intelligibile, quandoquidē extra mentem exiſtit.

Et Mentis quæ empyreum mundū ducit.

Mentis.n. mens eſt,quæ mundi eſt artifex ignei.

Qui ſupermundanum paternum profundum eſtis intelligentes.

Intelligibilis, omnis ſectionis princeps eſt.

Eſt enim quoddam intelligibile, quod oportet te intelligere mentis flore.

Vel enim inclines, vt mentem, & illud intellexerit. Dam.

Vt aliquid intelligens, non illud intelliges.

Eſt. n. roboris circumquaque lucidi potentia.

Mentalibus fulgens ſectionibus, non ſane oportet.

Vehementia intelligere, intelligibile illud.

Sed mentis amplæ, ampla flamma.

Omnia metiente, præterquam intelligibile illud.

Opus ergo eſt hoc intelligere, nam ſi inclinaueris.

Mentem tuam, etiam illud intelliges non parum.

Sed purum conuerte oculum.

Ferentem tuæ animæ, tendere vacuam mentem.

In intelligibile, vt diſcas intelligibile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quandoquidem extra mentem e-
xiſtit.
Deum hunc intelligit omnis mens,
non enim ſine
Mēte eſt intelligibili, & intelligibile
Non ſine mente exiſtit.
Ignis mentalis, mentalibus preſte-
ribus cuncta.
Cedunt ſervientia, Patris perſua-
ſorio conſilio.
Et intelligere, ſemperque manere
impigra vertigine.
Fonte, & principij, vertere, ſem-
perque manere impigra vertigine.
Sed nomen venerandum, inſomni
vertigini.
Mundis indens, terribiles ob pa-
tris minas.
Sub duabus mentibus, vitigenius
fons continetur animarum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Et facta, qui per se operans fabre-
fecit mundum.
Qui ex mente exilijt primus.
Indutus igne ignem. Vniculorum
vt temperet.
Fontanos crateras, sui ignis florem
sustinens.
Mentalibus fulget sectionibus, a-
moreque implevit omnia.
Infigurata figurans.
Examinibus similes, feruntur per
rumpentes.
Per mundi corpora.
Quæ mens dicit, intelligendo sanè
dicit,
Potentia quidem cum illis. Mens
vero ab illa.

IYNGES IDEÆ PRINCIPIA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Multæ quidē hæ, ſcandunt lucidos mundos.
Inſilientes, & in quibus ſummitates ſunt tres.
Subiectū ipſis eſt, principale pratū
Principia: quæ patris opera intelligentes in telligibilia.
Senſibilibus operibus, & corporibus reuelarunt.
Tranſuectrices ſtātes, dicere patri & materiæ.
Et manifeſta imitamina latentium operantes.
Et latentia in manifeſtam. Coſmopeiam inſcribentes.

Mens patris ſtriduit, intelligens vigente conſilio.

Omniformes Ideas. Fonte vero ab uno, euolantes.

Exilierunt. A patre .n· erat cum filium, & finis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Per quæ coniunguntur patri, per
aliam atque aliam.
Vitam, a compartitis canalibus.
Sed partitæ ſunt, mentali igne diſ-
poſitæ.
In alias mentales. mundo namque
rex multiformi.
Propoſuit mentalem typum, incor
ruptibilem, non per mundum.
veſtigium promouens formæ per
quæ mundus apparuit.
Omnifariam ideis gratioſus. Qua-
rum vnus fons.
Ex quo ſtrident diſpertitæ aliæ.
Immenſæ, perrumpentes mundi
circa corpora.
Quæ per ſinus immenſos, exami-
nibus ſimiles.
Ferũtur conuerſæ. circũq; alib i alia
Cõceptiões mẽtalẽ, fonte à paterno
Multum decerpentes ignis florem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Insomnis temporis. Vigor princi-
pigeniæ ideæ.
Prima e patris missa est, cujus per
se florens fons.
Intellectæ Iynges a patre, intelli-
gunt, & ipsæ
Consilijs ineffabilibus mouentur,
vt intelligant.

HECATE, SYNOCHES.

et Teletarchæ.

Ex ipso enim omnes exiliunt.
Amilictique fulmines, & prestero-
capaces sinus.
Omnilucidæ vigoris patrogenij
Hecates.
Et Hypezocus ignis flos, & fortis.
Spiritus polorum, igneos trans.
Custodire presteribus suis summi-
tates dedit.

Immiscens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Immiſcens vigoris proprium robor in Synochis.

Quo mundus habeat mentales ſuſtentatores inflexiles.

Quia operatrix, quia largitrix eſt ignis vitiferi.

Quia & vitigenium implet Hecates ſinum.

Et influit Synochis vigorem vitidonum ignis.

Magni potentis.

Sed & cuſtődes operũ ſunt patris.

Aſsimilat enĩ ſe ipſum ille, vrgens

Typum induere idolorum.

Teletarchæ comprehenſi ſunt, cum Synochis.

His vero ignis mentalis, mentalibus preſteribus.

Omnia parent ſervientia.

Sed & quæcumque materialibus ſeruiunt Synochis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Induti armorum vigorem luminis resonantis.

Vigore Triglicho, mentem animã que armantem.

Peruarium Synthema iacere ratiocino.

Neque super incedere empyreis sparsim canalibus.

Sed collectim.

Hi vero indiuidua , & sensibilia efficiunt.

Et corporiformia,& destinata in materiam.

ANIMA. NATVRA.

Quoniam anima ignis potentia patris existens lucidus.

Imortalisque manet, & vitę domina est.

Et tenet mundi multas plenitudinẽ sinuum.

Mentis enim imitamen eſt, partum
vero habet quid corporis.
Miſtis vero canalibus, ignis incor-
ruptibilis opera efficiens.
Poſt vero paternas conceptiones
anima ego habito.
Calida animans omnia. repoſuit
enim.
Mentem ſané in anima. animam
vero in corpore inerti.
Noſtri, impoſuit pater hominum-
que Deumque.
Affatim animans lucem, ignem,
æthera, mundos.
Coexiſtunt nãque naturalia opera,
mentali ſplendori
Patris, Anima enim eſt quæ orna-
uit magnum.
Cœlum, & quæ ornat ſimul cum
patre.
Cornua & ipſius, firmata ſunt ſur-

ſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Cornua & ipſius, firmata ſuut ſurſum.
Humeros vero circa Deæ, natura immenſa attollitur.
Imperat rurſus natura infatigabilis mundisq; operibusque.
Cœlum, vt currat ſurſum æternum trahens.
Et celer sol circa centrum, ut aſſuetus veniat.
Non naturæ inſpicias natale nomen eius.

MVNDVS.

Factor, qui per ſe operans fabrefacit mundum.
Etenim quædam ignis moles erat altera. hæc omnia
Per ſe efficiens, vt corpus mundanum.
Mundus vt manifeſtus, & non videatur membraneus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Totum mundum ex igne,& aqua,
& terra.
Et omnia lente aere.
Ineffabilia ,& fabilia ſynthemata
mundi.
Aliam per aliam vitam, a partitis
canalibus.
Deſuper permeantis in oppoſitum
Per centrum terræ,& quintum medium
alium Igneum,vbi deſcendit
vsque ad materiales canales.
Vitifer ignis.
Centro incitans Seipſum lumine
reſonante.
Fontanum alium.qui Empyreum
mùndum ducit.
Centrum quo omnes ,vſq;quo
fortè æquales fuerint.
Symbola enim paterna mens ſeminauit
per mundum. (fertur.
Mediũ inter patres, sĩgulæ centrũ

Mentes

Mentis enim imitamen eſt, quod
vero partũ eſt habet quid corporis

COELVM.

Septem enim in moles formauit
pater firmamenta mundorũ
Cœlum, rotunda figura circum-
cludens
Fixitque multum cœtum aſtro-
rum inerrantium.
Animaliumque errantium, conſti-
tuit ſeptenarium.
Terram in medio poſuit, aquam-
que in terræ ſinibus.
Aeremque ſupra hæc.
Fixitque multum cœtum aſtrorũ
inerrantum.
Tenſione, non laborioſa mala.
Sed fixione errorem non habente
in motu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Fixitque multum cœtum aſtrorum
inerrantium.
Ignem ad ignem cogens.
Fixione errorem non habente in
motu.
Sex eos conſtituit, ſeptimum ſolis
In medium iaciens ignem.
Inordinationem eorum , bene-
ordinatis ſuſpendens zonis.
Parturit enim Dea, ſolemque ma-
gnum, & ſplendidam lunam.
Ather, ſol, ſpiritus lunæ , aeris
ductores.
Solariumque circulorum, & luna-
rium eſt repituum
Sinuumque aereorum
Aetheris cantus, ſoliſque, & lunæ
canalium, & aeris.
Et latus aer, lunariſque curſus, &
polus ſolis.

Colligit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Colligit ipſum accipiens ætheris
harmoniam

Solisque,lunæque,& quæcumque
aëre continentur.

Ignis ,ignis deriuatio,& ignis pœ-
nu.

Crines enim in acutem nato lumi-
ni conſpiciuntur.

Vbi Saturnus.

Sol aſſeſſor , intuens polum purũ.

Aetheriuſque curſus , & lunæ in-
gens impetus.

Aereique fluxus.

Solemque magnum,& ſplendidam
lunam.

TEMPVS.

Deum mundanum , æternum, infi-
nitum.

Iuuenem,& ſenem.

Et fontanum aliud, quod empireũ mundum ducit.

ANIMA, CORPVS, HOMO.

Oportet te feſtinare ad lucem, & patris lumina.
Vnde miſſa eſt tibi anima, multam induta mentem.
Hæc pater mente concepit, mortaliſque ei eſt animatus.
Symbola enim paterna mens, ſeminauit in animis.
Amore profundo replens animam
Repoſuit enim mentem in anima: in corpore vero
Vos repoſuit, pater hominumq; deumque.
Incorpora quidem ſunt, diuina omnia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Corpora vero in ipſis veſtri cauſa
ſunt alligata.
Non potentes continere incorpo-
reos corpora.
Ob corpoream, in quam concen-
trati eſtis naturam.
Inq́; deo iacent, faces trahentes,
validas.
Apatre deſcendentes, à quibus
anima deſcendentibus.
Empyreos carpit fructus, animam,
alentem florem.
Ideoque mente concipientes
opera patris.
Parcæ fatalis alam fugiunt, inuere-
cundam.
Et ſi hanc animam videris redeun-
tem.
At aliam immittit pater, vt in nu-
mero ſit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Certe ualde illæ ſunt beatiſsimæ
ſupra omnes.
Animas, ad terram a cœlo profuſę.
Illæque divites, & ineffabilia ſtamina habentes.
Quæcunque a lucente, o rex, a te, vel ipſo.
Ioue ſunt progenitæ, Miti valida a neceſsitate.
Ducat animæ profunditas immortalis, oculosque affatim.
Omnes ſurſum extende.
Nec deorſum pronus ſis in nigricantem mundum.
Cui profunditas ſemper infida ſubſtrata eſt, & Ades.
Circumquaque caligans, ſqualidus idolis gaudens, amens,
Precipitoſus, tortuoſus, cæcum profundum ſemper involvens,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Semper desponsus obscuram faciem, inertem spiritu carentem.

Et osor luminis mundus, & tortuosi fluxus.

A quibus vulgus attrahitur.

Quære tu animæ canalem, vnde, aut quo ordine.

Corpori inseruieris, in ordinem, a quo effluxisti.

Rursus restituas sacro sermoni operam vniens.

Neque deorsum sis pronus, præcipitium in terra subest. (sub.

Septẽuios trahens per grad⁹: quo

Horribile necessitatis Thronus est

Ne tu augeas fatum.

Anima hominum Deum coget quodam modo in se ipsam.

Nihil mortale habens, tota a DEO est ebria facta.

Harmoniam reſonat namque, ſub qua eſt corpus mortale.

Extendens, igneam mentem ad opus pietatis.

Et fluxile corpus ſervabis.

Eſt & idolo portio in loco circum lucente.

Vndique, inficta anima ignis habenas tende.

Igne calens cogitatio primiſsimum habet ordinem.

Igni namque mortalis propinquans a Deo lumen habebit.

Immoranti enim mortali præſto Dij aderunt.

Pœnæ hominum ſunt angores.

Et malæ materiæ, germina, vtilia ſunt, & bona.

Spes nutriat te, ignea Angelica in regione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Sed non recipit illius velle, Paterna mens.
Donec non exeat ex oblivione, & verbum loquatur.
Memoriam indens Paterni Synthematis puri.
His quidem diſcibile lucis dedit notitiam ſuſcipere.
Hos vero, & ſomnnolentos ſui fructum dedit roboris.
Ne ſpiritum macules neque profundum fac ſuperficiem.
Neque materiæ quisquilijs precipitio relinquas.
Ne educas, ne exiens habeat quidpiam,
Vi corpus relinquentium, animæ ſunt puriſsimæ.
Animæ expulſores, reſpiratores, & faciles ſolutu ſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Siniſtris in lumbis, Hecates, virtutis eſt fons.

Intus tota manens, uirgineum non abijciens.

O audacisſimæ naturæ, homo, artificium.

Neq; ingentes menſuras terræ, in tuam mentem pone.

Non enim veritatis planta eſt in terra.

Neque in menſuris, menſuras ſolis regulas congregans.

Aeterno conſilio fertur, non gratia tui.

Lunarem quidem curſum, & aſtreum progreſsum.

Lunæ ſtrepitum dimitte. ſemper currit opera neceſsitatis.

Aſtreus progreſsus, tui gratia, non eſt partus.

Æthereus, auium pes latus, numquam verus est.
Non sacrificia, visceraque cupio. Hæc sunt omnia ludi.
Mercatoriæ deceptionis firmamenta; fuge tu hæc.
Si vis pietatis sacrum paradisum aperire.
Vbi virtus, sapientiaque, & bona lex congregantur.
Tuum enim vas, bestiæ terræ habitabunt.
Ipsas autem terra sepelijt, ad filios vsque.

DÆMONES, SACRIFICIA.

Natura suadet esse dæmonas pu-
Et mala materiæ germina, vti (ros. lia, & bona.
Sed hæc in abditis septis mentis reuolvo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Ignis ſimulacrum ſaltatim in aere
in tumorem extendens.
Vel etiam ignẽ infiguratum, vnde
vocem currentem.
Vel lumen abundans radians, ſtre-
perum, conuolutum.
Sed & equum videre, luce magis
fulgurantem.
Vel etiam puerum ſuis humeris
inequitãtem equo.
Ignitum, vel auro diſtinctum, vel
ſpoliatum.
Vel etiam ſagittantem, & ſtantem
ſuper humeris.
Multoties ſi dixeris mihi, cernes
omnia leonem.
Neque enim cœleſtis curuitas,
tunc apparet moles.
Aſtra non lucent lunæ lux oper-
tum eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Terra non ſtat, cernuntur vero
cuncta fulminibus.
Neque naturæ, voces per ſe viſile
ſimulacrum.
Non enim oportet illos te ſpectare
antequam corpus ſacris purgetur.
Quando animas mulcentes, ſēper
a ſacris abducunt.
Ergo ex ſinibus terræ exiliunt ter-
reſtres canes.
Numquam verum corpus mortali
homini monſtrantes.
Operare circa Hecaticum turbi-
nem.
Nomina barbara, numquam muta-
ueris.
Sunt enim nomina apud ſingulos
a Deo data,
Potentiam in ſacris ineffabilem
habentia.

Quando videris forma ſine, ſacrū
ignem.
Collucentem ſaltatim totius per
profundum mundi.
Audi ignis vocem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ASCLEPIVS HERMETIS TRISMEGISTI DIALOGVS, AB APVLEIO MADAVRENSE PLATONICO, IN *Latinum conuerſus.*

ASclepius iſte, pro ſole mihi eſt Deus. Deus te nobis ô Aſclepi, vt diuino ſermoni intereſſes, adduxit, eique tali, qui merito omnium ante a nobis factorum, vel nobis diuino munere inſpiratorũ, videatur eſſe religioſa pietate diuinior, quẽ ſi intelligens videris, eris omnium bonorum, tota mente pleniſsimus, Sed cum

multa

multa ſunt bona, & non vnum, in quo ſunt omnia, alterum enim alterius conſentaneum eſſe dinoſcirur, omnia vnius eſſe, aut vnum eſſe, omnia. Ita enim vnum, alteri connexum, vt ſeparari alterum ab vtroque non poſſit. Sed de futuro ſermone hoc diligenti intentione cognoſces. Tu vero, ò Aſclepi procede paululum, atque nobis, qui interſit, euoca. Quo ingreſſo. Aſclepius etiam Ammonē intereſſe ſuggeſſit. Triſmegiſtus ait. Nulla inuidia Ammonem prohibet à nobis eſſe ſcripta, ſicut, & ad amantiſſimum, & bonum filium, multa de phyſica, & ex ethica quam plurima. Tractatum hunc autem, tuo aſcribam nomini. Pręter Ammonem vero, nullum vocat alterũ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ne tantę rei religiosissimus sermo multorũ interuentu venientiũ pręsentiaq; violetur. Tractatũ aũt to ta numinis maiestate plenissimũ irreligiosæ mentis est multorum conscientiæ publicare. Amore etiam aditum ingresso, sanctoq; illo, quatuor virorum religione, & diuino Dei completo præsentia, competenti venerabiliter silentio ex ore Hermes, animas singulorum mentibusq; pendentibus, diuinus Cupido exorsus est dicere. ò Asclepi omnis humana immortalis est anima, sed non vniformiter cunctę, sed alię, allio more, vel tempore. ASCLEP. Non enim ò Trismegiste omnis, vnius qualitatis est anima? TRISME. O Asclepi, vt celeriter

de vera rationis continentia decidisti. Non enim hoc dixi, omnia vnum esse, & vnum omnia, vt pote quia in creatore fuerint omnia, antequam creasset omnia, nec immerito dictus est omnia, cuius mẽbra sunt õnia. Huius itaque qui est, vnus oĩa, vel ipse est creator omniũ in hac tota disputatiõe curato meminisse, De cœlo cuncta descendũt in terram, & in aquam, & in aera. Ignis solum, quod sursum versum fertur, viuificat, quod deorsum ei deseruiens. At vero quicquid de alto descendit, generans est, quod sursum versus emanat, nutriens. Terra sola in seipsam consistens, omnium est receptrix, omniumq́; generum quæ accipit, restitutrix. Hoc ergo totum, sicut meministi,

quod

quod est omnium, vel omnia, anĩma, & mundus à natura comprehensa agitantur, ita omnium multiformi imaginum qualitate variata vt infinitę qualitatum ex interuallo species esse noscantur, adiunctæ tamen ad hoc, vt totum vnum, & ex uno oĩa esse videantur. Totus itaq; quibus formatus est mundus, elementa sunt quatuor, scilicet ignis, aqua, terra, aer, mundus vnus, anima una, Deus unus. Nunc mihi adesto totus, inquam, quantũ mente uales, quantũ calles astucia. Diuinitatis etenim ratio, diuina sensus intentione noscenda, torrenti simillima est fluuio, è summo in pronũ præcipiti rapacitate currenti quo efficitur, vt intentionẽ nostram non solũ audientium, verũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

etiã tractantiũ ipſorũ celeri uelocitate pręterea t. Cœlum ergo, ſenſibilis Deus, adminiſtrator eſt omnium corporum, quorum augumenta detrimentaq́; ſol & luna ſortiti ſunt. Cæli vero, & ipſius animæ, & omnium quæ in mundo inſunt, ipſe gubernator eſt qui eſt omnium effector Deus. A ſupradictis enim omnibus, quorum idẽ gubernator Deus omnium frequentatio fertur, influens per mũdum, & per animam omnium generum, & ſpecierum omnium, perq́ue rerum naturam. Mundus autẽ præparatus eſtà Deo, receptaculum omniformiũ ſpecierum. Naturam autem per ſpecies imaginans, mundum per quatuor element a, ad cœlum vſque perduxit, cuncta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Dei visibus placitura. Omnia autẽ desuper pendentia, in species diuiduntur, hoc quod dicturus sum genere. Genera rerum omnium, suas species sequntur, vt sit ita, soli ditas genus species generis particula. Genus ergo Deorum, dæmonumq; genus æque & hominũ similiter volucrum, & omnium quæ in se mundus habet, sui similes mundi species generat. Genus est, & aliud animal, genus sine anima quidem, nec carens tamen sensib' Vnde & beneficijs gaudet, & aduersis minuitur, atque vitiatur. Omnium dico quæ in terra radicũ stirpiumque incolumitate viuiscũt quorum species per totam terram sparsæ sunt. Ipsum cœlum plenum est Deo. Supra dicta autem genera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

inhabitant vſque ad loca ſpecierũ quarum omnium rerũ immortales ſunt ſpecies. Species enim generis eſt, pars, vt homo humanitatis, quam neceſſe eſt ſequi qualitatem ſui generis. vnde efficitur, vt quãuis omnia genera ſint immortalia, ſpecies tamen non omnes immortales. Diuinitatis enim genus, & ipſum, & ſpecies immortale ſunt. Reliquorum genera, quorum æternitas eſt genus, quamuis per ſpecies occidat, naſcendi tamen fœcunditate ſeruatur, ideoq; ſpecies mortales ſunt, vt homo mortalis ſit, immortalis humanitas. Omnibus tamen generibus, omnium generum ſpecies miſcentur, quædam quæ ante factæ ſunt, quædam quæ de his factæ ſunt. Fi-

unt itaque quæ fiunt, aut a Dijs, aut a dæmonibus, aut ab hominibus, omnes similimæ generibus suis species. Corpora enim impossibile est conformari sine nutu diuino. Species figurari, sine adiutorio dæmonum. Animalia institui, & coli sine hominibus non possunt. Quicunque igitur dæmonum, à genere suo defluentes, in speciem fortuito coniuncti sunt, alicuius speciei, generis divini proximitate, & consortio, Dijs similes habentur. Quorum vero dæmonum species, qualitate sui generis perseverant, hi amantes hominum rationem, dæmones nuncupantur Similis est enim hominum, aut eo amplior. Multiformis enim, variaque humani generis species, & ipsa

à prædicto desuper adveniens cõsortio, omnium aliarum specierum multas, & propè omnium per necessitatem coniunctiones facit, propter quod, & propè Deos accedit, qui se mente, qua Dijs iunctº est, divina religione Dijs iunxerit, & dæmones qui ijs iunctus est. Humani vero qui medietati sui generis contenti sunt, & reliquæ omnium species, ijs similes erunt, quorũ se generis speciebus adiunxerunt. Propter hoc, ò Asclepi magnũ miraculũ, est homo, animal adorandũ, & honorandum. Hoc enim in naturã Dei transit, quasi ipse sit Deus. Hoc dæmonum genus novit, utpote qui cũ ijsdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem, in se ipso dispicit, al-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

terius patris diuinitate confisus. ò hominum quanta est natura, temperata felicius, ac Dijs cognata diuinitate, coniunctus. Patrem sui, qua terrenus est, despicit, cætera omnia quibus se necessarium esse cœlesti dipositione cognoscit, nexu secum caritatis astringit. Sicque suspicit cœlum, sic ergo feliciori loco medietatis est positus, vt quæ infra se sunt, diligat, ipse à superioribus diligatur. Colit terrã elementis velocitate miscetur, acumine mentis, in maris profunda descendit. Omnia illi licent. Non cœlum videtur altissimum, quasi enim è proximo sagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius nulla aeris caligo confundit, non depressitas terræ, opera eius impe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dit, non aquæ altitudo profũda, despectum eius obtundit, omnia idẽ est, & ubique idem est. Horum omnium generum, quæ sunt animalia, desuper, deorsum radices pervenientes habent, animalia de immo in superna uiva radice sylvescunt. Quædam duplicibus aluntur elementis, quædã autem simplicibus. Alimenta autem sunt bina animæ, & corporis, è quibus animalia constant. Anima mundi, inquieta semper agitatione nutritur. Corpora ex aqua, & terra inferioris mundi, alimentis augescunt. Spititus quoque plena sunt omnia, permixtus cunctis, cuncta vivificat, sensu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars sola homini concessa est ex æthere.

Sed de animalibus cunctis, humanos tantum ſenſus, ad divinæ rationis intelligentiam exornat, erigit atq; ſuſtolit. Sed quoniam de ſenſu commoneor, paulo poſt, & huius rationem uobis exponam. eſt enim ſanctiſsima, & magna, & non minor quam ea, quæ eſt divinitatis ipſius. Sed nunc vobis expediã quæ cœperam. Dicebam enim in ipſo initio rerum, de coniunctione Deorum, quomodo homines ſoli eorũ dignatione perfruuntur. Quicunque etenim hominum tantum felicitatis adepti ſunt, ut illum intelligentiæ divinum perciperent ſenſum, qui ſenſus eſt divinior in ſolo Deo, & in humana intelligentia. ASCLE. Non enim omnium hominum ò Trigemiſte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vniformis est sensus? TRISMEG. Non omnes, ò Asclepi, intelligentiam veram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu, nulla vera ratione inspecta sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimũ animal innaturam feræ, moresque bestiarum. De sensu antem, & de omnibus sensualibus, quando, & de spiritu, tunc totã vobis præstabo rationẽ. Solũ enim animal homo, & eius una pars simplex est, quæ, ut græci aiũt, ουσιώδης, aut quã vocamus divinæ similitudinis formam. Est autem quadruplex, nos mundanum dicimus, ex quo factum est corpus quo circumtegitur illud quod in HOMINE divinum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

esse iam diximus, in quo mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis, id est mentis puræ sensibus secū ipsa conquiescat, tanquam muro corporis septa. ASCLE. Quid ergo oportuit ò Trismegiste hominem in mundo constitui, & non in ea parte, in qua Deus est, eum in summa beatitudine eligere? TRISM. Recte quæris ò Asclepi. Et nos enim rogamus Deum, vt tribuat nobis facultatem reddendæ rationis istius. Cum enim omniá voluntate eius dependeāt, tum illa, vel maxime quæ de tota summitate tractantur, quam rationem præsenti disputatione conquirimus. Audi ergo Asclepi. Dominus, & omnium conformator, quem recte Deum dicimus, quem

à se secundum fecerit, qui videri, & sentiri posit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat (de hoc enim an ipse sentiat, an non alio dicemus tempore) sed eo quod videntium sens⁹ incurrit. Quoniã ergo hũc fecit ex se primũ, & à se secundum, visusque ei pulcher, ut pote qui sit omnium bonitate plenissimus, amavit eum, vt divinitatis suæ partem. Ergo tantus, & tam bonus esset, voluit alium, qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulque, & rationis imitatorem, & diligentiæ, fecit hominem. Voluntas etenim Dei ipsa summa est perfectio ut pote cum voluisse, & perfecisse, vno eodemque temporis puncto compleat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Cũ itaque οὐσιώδη aniãduerteret Deus non poſſe omnium rerum eſſe diligentem, niſi eum mundano integumento cõtegerent, texit eum corporea domo, taleſque omnes eſſe præcepit, ex vtraque natura in unum confundens, miſcenſque quantũ ſatis eſſe debuiſſet. Itaque hominem conformauit ex animi & corporis, id eſt ex æterna, & mortali natura, vt animal ita conformatum vtrique origini ſuæ ſatisfacere poſſit, & mirari, atque orare cœleſtia, & æterna, incolere atque gubernare terrena. Modo autem dico mortalia non aquam, & terram, quæ duo de quatuor elementis ſubiecit natura hominibus, ſed ea quæ ab hominibus aut in his, aut de his fiũt vt

ipſius terræ cultus, paſcua, ædificatio, portus, nauigationes, communicationes, commodationes alternæ, qui eſt humanitatis firmiſsimus nexus, & pars mundi, quæ eſt aqua, & terra, quæ pars terrena mundi artium diſciplinarumque cognitione, atque vſu ſeruatur, ſine quibus mundum Deus noluit eſſe perfectum. Placitum enim Dei neceſſitas ſequitur, voluntatem comitatur effectus. Neque enim credibile eſt Deo diſpliciturum eſſe, quod placuit, cum & futurum id, & placiturũ, multò ante ſciuerit. Sed ô Aſclepi animaduerto, vt cœli mentis cupiditate feſtines audire, quomodò homo, cœli, vel quæ in eo ſunt, delectum poſsit habere, vel cultum. Audi ita-

que

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

itaque ò Aſclepi delectus Dei cœli, cum his, quæ inſunt omnibus, una eſt obſequiorum frequentatio, hanc aliud animal non fecit, nec diuinorum, nec animalium, niſi ſolus homo. Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obſequijs, cœlum, cœleſteſque delectantur. Nec immerito in hominũ cœtum muſarum chorus à ſumma diuinitate demiſsus, ſcilicet ne terrenus mundus videretur incultior, ſi modulorum dulcedine caruiſſet, ſed potius in uſitatis hominum cãtilenis concelebraretur, & laudibus, qui ſolus omnia, aut pater eſt omnium, atque ita cœleſtibus laudibus. Nec in terris harmoniæ ſuauitas defuiſſet. Aliqui autem, ipſique paucisſimi pura mente præ-

diti, ſortiti ſunt cœli ſuſpiciendi venerabilem curam. Quicunque autem ex duplici naturæ ſuæ confuſione interiorem intelligentiã mole corporis reſederunt, curandis elementis, hiſque inferioribus ſunt præpoſiti. Animal ergo homo, non quidem eſt minor, quod ex parte mortalis ſit, ſed eo forte aptius efficatiusq; compoſitus, ad certam rationem, mortalitate auctus eſſe videatur, ſcilicet quoniam vtrumque, ubi ex utraq; materia ſubſtinere non potuiſſet, ex utraque formatus eſt, vt & terrenorum cultum, & divinitatis poſſet habere delectum. Rationem vero tractatus iſtius ò Aſclepi, non ſolum ſagaci intentione, verum etiam cupio te animi viuacita-

te percipere. Eſt enim ratio plurimis incredibilis. Integra autē & vera percipienda ſanctioribus mentibus. Itaque hinc exordiar. Æternitatis dōinus Deus ptimus eſt. Secūdus eſt mūdus. Homo eſt tertius. Effector mūdi Deus, & eorum quæ inſunt omniū, ſimul cuncta gubernādo cū ipſo hōine gubernatore compoſita, quod totum ſuſcipiens homo idē curā proprie efficit diligentiæ ſuæ, ut ſicut, & ipſe mundus vterq; ornamēto ſibi vt ex hanc hominis diuina compoſitiōe mūd⁹ grece rectius κόσμος dictus videatur. Is nouit ſe, nouit & mundū vt meminerit, quid partibus conueniat ſuis, quæ ſibi vtenda, quibus ſibi inſeru iendum

ſit Laudes gratesque maxima, agens Deo, eius imaginem uenerans non ignarus te ſecundũ eſſe imaginẽ Dei, cuĩs ſũt imagines duæ, mundus ſcilicet, & homo. Vnde efficitur, vt quoniam eſt ipſius vna compago, parte qua ex anima, & ſenſu, & ſpiritu, atque ratione diuinus eſt, velut ex elementis ſuperioribũ aſcendere poſſe videatur in cœlũ. Parte vero mundana, quæ conſtat, ex igni, & aqua, & aere, mortalis reſiſtat interram, ne curæ ſuæ, oĩa mandata vidua deſertaq; dimittat. Sic enĩ humanitas ex parte diuina, & ex parte mortalis eſt effecta, in corpore conſiſtens.

Eſt autem mẽſura eius vtriuſq; id eſt hominis, ante omnia religio, quã ſequitur bonias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nitas. Ea demum tunc videtur esse perfecta, si contra cupiditatum omnium alienarum rerum sit despiciens, virtute munita. Sunt enim ab omnibus diuinæ cognationis partibus, aliena omnia, quę-cunque terrena corporali cupiditate posſidentur, quæ merito posſesſionum nomine nuncupantur, quoniam non nata nobiscum, sed postea à nobis posſideri cœperũt. Omnia ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus, vt & ea quæ appetimus, & illud ex quo appetentiæ nobis est vitium, despiciamus Vt enim meum animum rationis ducit intentio, homo hactenus esse debuit, ut contemplatione divinitatis, partem, quæ ibi iuncta mortalis est, mundi interioris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

necessitate servandi despiciat atque contemnat. Nam ut homo ex utraq; parte possit esse plenissim⁹, quaternis eum utriusq; partis elementis animadverte esse formatũ, manibus, & pedibus utriusq; binis, alijsq́; corporis membris, quibus inferiori id est terreno mundo deserviat. Illis vero partibus quatuor sensus animi, memoriæ, atque providẽtiæ, quarũ ratione cũcta divina norit, atq; suspiciat. Vnde efficitur, ut rerum diversitates, qualitates, effectus, quantitates, suspiciosa indagine homo sectetur. Retardatus ergo gravi, & nimio corporis vitio, has naturæ rerum causas, quæ vere sunt propriæ, providere non potest. Hunc vero sic effectum, conformatumq́ue, & tali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ministerio obsequioque præpositum, a summo Deo, eumq; competenter munde mundum servando, Deum pie colendo, digne & competenter in utroq; Dei voluntati parentem, talem quo munere credis esse munerandum? Si quidem cum Dei opera sit mundus, eiusq; pulchritudinem, qui diligentia servat, atq; auget, operamq; suam cũ Dei voluntate coniungit, cũ speciem quã ille intentione divina formavit, adminiculo sui corporis, divino opere, curaq; componit, quo munere credis esse munerandum? nisi eo quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerari, si fuerit divinæ pietati complacitũ, optamus pijssimis votis, id est ut emeritos atq; exutos

mundana

mũdana cuſtodia, nexibus mortalibus abſolutos, naturæ ſuperioris partis, id eſt divinæ, purosq́; reſtituat. ASCLE. Iuſte, & vere dicis ò Triſmegiſte. Hęc eſt enim merces pie ſub Deo, diligenterq́; cum mũdo viventibus, ſecus enim impieq́; qui vixerint, & reditus denegatur in cœlum, & conſtituitur in corporalia, alia indigna ſancto animo, & fœda commigratio, ut iſte rationis ſermo proceſsit ò Triſmegiſte, futurę æternitatis ſpe animę in humana vita periclitãtur. Sed alijs incredibile, alijs fabuloſũ, alijs forſitã videatur eſſe deridendum. Res enĩ dulcis eſt in hac corporali vita, qui capitur de poſseſsionibus fructus. Quare animũ, obtorto ut aiũt, detinet collo, ut in parte ſui, quę morta

 lis eſt, inhæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

inhæreat, nec ſinit partẽ divinitatis agnoſcere, invidens immortalitati malignitas. Ego enim tibi quaſi prædivinans dixero, nullum poſt nos habiturum delectum ſimplicem, qui eſt philoſophiæ, quæ ſola eſt in cognoſcenda divinitate frequens obtutus, & ſancta religio. Multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehenſibilem philoſophiam afficiunt, aut quemadmodum eam multifaria ratione confundunt? TRISME. O Aſclepi hoc modo in varias diſciplinas, nec comprehenſibiles, eam callida commentatione miſcentes, Arithmeticem, Muſicem, Geometriam. Puram autem philoſophiam, eamque tantum divina religione pen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dentem, tantum intendere in reliquas oportebit, ut apocatastasis astrorum stationes præfinitas, cursumq; commutationis, numeris constare mutetur. Terræ vero dimensiones, qualitates, quantitates, maris profunda, & ignis vim, & horum omnium effectus naturã cognoscens, miretur, adoret, atq; collaudet artem divinamque mẽtem. Musicen vero nosse nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire. quæque ratio divina sortita est. Ordo enim rerum singularum in unum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo divino dulcisonũ verissimumque conficiet. ASCLEPIVS. Quid ergo homines post nos erunt? TRIMEG. Sophi-

ſtarũ calliditate decepti, á vera, pura, ſanctaq; philoſophia avertẽtur. Simplici enim mente, & anima divinitatem colere, eiusq; facta venerari, agere etiam Dei voluntati gratias, quæ eſt bonitatis ſola pleniſsima, hæc eſt nulla animi importuna curioſitate violata philoſophia. Et de his ſit, hucuſq; tractatum. De ſpiritu vero, & de his ſimilibus, hic ſumatur exordium. Fuit Deus, & ὕλη, quem Gręce credimus mundum, & mundo comitabatur Spiritus, ſed non ſimiliter ut Deo, nec Deus ſunt hæc, de quibus mundus eſt. Iccirco non erant quando nata non erant, ſed in eo iã tunc erãt, unde naſci habuerunt. Non enim ea ſola non nata dicuntur, quæ nec dum nata ſunt, ſed ea quæ carent

fœcunditate generandi, ita ut ex eis nihil naſci poteſt. Quæcunque ergo ſunt, quibus ineſt natura generandi, generabilia ſunt, de quibus naſci poteſt, tametſi ea ex ſe nata ſint Neq; enī dubitatur ex his quæ ex ſe nata sūt, facile naſci poſſe, de quibus cuncta naſcūtur. Deus ergo ſempiternus, Deus ætern9, nec naſci poteſt, nec potuit, hic eſt, hic fuit ſemper, hic erit. Hæc ergo eſt, quæ ex ſe tota eſt, natura Dei. Hyle autem vel mundi natura, & ſpiritus, quamvis nata videātur à prīcipio, tamē ex ſe naſcendi procreandiq; vim poſsident, atq; naturam fœcunditatis. Etenim initium in qualitate NATVRÆ eſt, quæ conceptus & partus in ſe poſsidet, vim atque materiam.

Hæc itaque ſine alieno conceptu, eſt ſola generabilis. At vero quę vi ſolam concipiendi habeant, ex alte rius connexione naturę, ita diſcernenda ſunt, vt hic locus mundi cum his, quę in ſe ſunt, uideatur eſſe non natus, qui utique in ſe uim totius naturę habet. Locum autem dico, in quo ſunt omnia. Neq; enĩ hęc omnia eſſe potuiſſent, ſi locus deeſſet, qui omnia ſuſtinere potuiſſet. Omnibus enim rebus quæ fuerunt, pręcauendum eſt loco, nec qualitates etenim, nec quantitates nec poſitiones, nec effectus dignoſci potuiſsent earũ rerum, quæ nuſquam ſunt Sic ergo, & mundus quamuis natus non ſit, in ſe tamen omnium naturam habet, vt pote qui omnibus ijs ad concipiendum

ſinus pręſtat fœcundisſimos. Hoc ergo eſttotũ qualitatis, materieæq́; creabilis eſt, tametſi creata non eſt Sicut enim in natura materiæ, qualitas fœcunda eſt ſic & malignitatis eadem eſt æque fœcunda. Nec eo dixi o Aſclepi, & Ammon, quod a multis dicitur, non poterat Deus incidere atque auertere à rerum natura malitiam, quibus reſpondendum nihil omnino eſt. Vnde tamen cauſa, & id proſequar, quod cœperam, & rationem reddam. Dicunt enim ipſi Deum debuiſſe omnifariam, mundum à malitia liberare. Ita enim in mundo eſt, vt quaſi membrum ipſius uideatur eſſe prouiſum, cautumque quàm rationabiliter à ſummo Deo, tunc cum diſciplina, ſenſu, intelligentia,

mentes hominum eſt munerare di-
gnatus. Hiſce enim rebus quibus
cæteris anteſtamus animalibus, ſo-
li poſsumus malitiæ fraudes, dolos
vitiaque vitare. Ea enim, qui ante
quam ijs implicitus eſt, ex aſpectu
vitarit, is homo eſt divina intelli-
gentia, prudentiaq; munitus. Fun-
damentum enim eſt diſciplinæ in
ſumma bonitate conſiſtens. Spiri-
tu autem miniſtrantur omnia; &
vegetantur in mundo, & quaſi or-
ganum vel machina, ſummi Dei vo
luntati ſubiectus eſt. Itaque hacte-
nus intelligatur à nobis, mente ſo-
la intellgibilis, ſummus, qui dicitur
Deus rector, gubernatorq;, ſenſibi-
lis Dei, eius, qui in ſe complectitur
omnem locum, omnem rerum ſub-
ſtantiam, totãq; gignentium cre-

antium-

antiumq; materiam, & omne quicquid est, quantumque est. Spiritu vero agitatur seu gubernatur omnis in mũdo species, vnaquæq; secundũ naturã suã à Deo distributã sibi. ὕλη autem vel mundus, omniũ est receptaculum, omniũq; agitatio atque frequentatio, quorũ De⁹ gubernator, dispensans omnibus rebus humanis, quantum vnicuiq; necessarium. Spiritus autem implet oĩa, cuiuscunq; naturæ qualitas est. Est enĩ caua mundi rotunditas, in modum sphæræ, Ipsa sibi qualitatis, vel formæ suæ, causa inuisibilis tota. Quippe cum quemcunque in ea summum, subter dispiciendi causa delegeris locum, ex eo in imo

quid ſit, videre non poſſis, propter quod multis locis inſtat, qualitatẽque habere creditur. Per formas enim ſola ſpecierum, quarum imaginibus uidetur inſculpta, quaſi viſibilis creditur, cum depicta monſtratur. Re autem vera, eſt ſibi ipſi inuiſibilis ſemper, ex quo eius vnum, vel pars, locus eſt in ſphæra, græce, ἀειδής dicitur. Si quidem ειδεῖν græce videre dicitur, quo viſu primum ſphæræ careant, vnde, & ideo dicuntur ſpecies quod ſint inuiſibilis formæ Ab eo itaque quod viſu priuantur, græce ἀειδής ab eo quod in imo ſphæræ ſunt, latine inferi nuncupantur. Hæc ergo ſũt principalia, & antiquiora, & quaſi

initia, vel capita omnium, quæ
unt his, aut per hæc, aut de his.
ASCLEP, Omnia ergo ipſa, vt
dicis, o Triſmegiſte mundana, vt
ita dixerim, ſpecierum omnium,
quæ inſunt, vniuſcuiuſque, ſicuti
eſt tota ſubſtantia? TRISME.
Mundus itaq; nutrit corpora, ſpiritus, animans, ſenſus autẽ, quo dono
cœleſti ſola felix ſit humanitas, alit
mentem. Neque enim omnes, ſed
pauci quorum ita mens eſt, vt tanti
beneficij capax eſſe poſſit, Vt
enim ſole mundus, ita mens humana, iſto lumine clareſcit, & eo amplius. Nam ſol quicquid illuminat,
aliquando terræ, & lunæ interiectu
interueniente nocte, eius priuatur
lumine. Senſus autem cum ſemel
fuerit animę commixtus hũanę,

fit

fit una ex bene coaleſcente commi xtione, materia ita, vt nunquã eius- modi mentes caliginis impediantur erroribus. Vnde iuſte ſenſus, Deo- rum animas, eſſe dixerunt. Ergo nec eorum dico omnium, ſed magnorum quoruncunq; & princi- palium.

ASCLEPIVS. Quos dicis rerum capita, vel initia primordiorum ò Triſmegiſte; TRISM. Magna tibi pando, & diuina nudo myſteria, cuius rei initium facio ex optato fauore cœleſti. Deorum, genera multa ſunt, eorumque omnium pars intelligibilis dicitur, alia vero ſenſibilis. Intelligibilis dicitur, non ideo quod putentur non ſubiacere ſenſibus noſtris, magis enim ſen- timus eos, quam quos viſibiles

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nuncupamns, ſicut diſputatio per-
docebit Sublimis enim ratio, eoq́;
diuinior vltra hominum mentes,
intentioneſq́; conſiſtens, ſi non
attentiore aurium obſequio verba
loquentiũ acceperit, tranſuolabit,
& transfluet, aut magis refluet, ſui-
que potis liquoribus miſcebit ſe.
Sunt ergo omnium ſpecierũ princi
pes Dij. Hos ſequũtur Dij, quorum
eſt princeps, ὀυσία. Hi ſenſibiles
vtriuſque originis ſuæ conſimiles,
qui per ſenſibilem naturam confici
unt oĩa, altera per alterum. Vnuſ-
quiſque opus ſuum illuminãs cœli,
vel quicquid eſt quod eo nomine
comprehenditur ὀυσιὰρχης, eſt
Iuppiter. Per cœlum enim Iuppiter
õnibus ptæbet vitã. Solis ὀὺσία eſt
lumẽ. Bonũ. n. luminis per orbẽ ſo-

lis nobis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nobis infunditur. XXXVI. quorum uocabulum est Horoscopi, in eodem loco semper defixorum syderum. Horum ὀύσ' ἰαρχης vel princeps est, quem παντόμωρφον vel omniformem uocant qui diuersis speciebus diuersas formas facit. Septem sphæræ, quæ uocantur. * Habent * id est sui princeps, quam fortunam dicunt εἱμαρμένlω quibus imitantur omnia lege naturæ stabilitate firmissima, & sempiterna agitatione variata. Aer vero organum, vel machina omnium, per quam omnia fiumt. Est autem οὐσιαρχ' ης huius secundus mortalibus, & his similia. His ergo ita se habentibus

ab imo ad ſummum ſe moventibus ſic ſibi connexa ſunt omnia pertinentia ad ſe naturaliter, ut mortalibus mortalia ſenſibiliaque ſenſibilibus annexa ſint. Summa vero gubernationis, ſummo illi domino paret, ut non multa, aut potius unum, ex uno etenim cuncta pendentia. ex eoq; potius defluentia, cum diſtantia videntur, creduntur eſſe plurima diviſim, adunata vero unum, vel duo unde fiunt omnia, & à quo fiunt omnia, id eſt de materia, de qua fiunt, & ex eius voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. ASCLE. Hæc iterum ratio quæ eſt ó Triſmegiſte? TRISME, Talis ò Aſclepi Deus. Etenim vel pater, vel dominus omnium, vel quocunque nomine ab hominibus ſanctius, & religoſius nuncupetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quod inter nos intellectus nostri causa debet esse sacratum, tanti eius numinis contemplatione, nullo ex ijs nominibus eum definite nuncupamus. Si enim vox hæc, est ex aere percusso spiritu sonus declarans omnem hominis voluntatem, vel sensum, quem forte ex sensibus mente perceperit, cuius nominis tota substantia paucis composita, syllabis definita, atque circunscripta est, vt esset in homine necessarium vocis, auriumque commertium, similiter etiam sensus, & spiritus, & aeris, & omnium in his, & per hæc, aut cum his nomen est totum Dei. Non enim spero totius maiestatis effectorem, omniumque rerum Patrem, vel dominum vno posse, quamuis è multis composito nomine

nuncupari. Hunc vero vno nomine, vel potius omni nomine, ſiquidem ſit vnus, & omnia, vt ſit neceſſe, aut omnia eſſe eius nomine, aut ipſum omnium nominibus nuncupari. Hic ergo ſolus, vt omnia, vtriuſq; ſexus fœcunditate plenißimus, ſemper voluntatis ſuæ prægnans parit ſemper quicquid voluerit procreare. Voluntas eius eſt bonitas omnis, hæc eadem bonitas omnium rerum eſt, ex diuinitate eius natura nata, vt ſint omnia ſicut, ſunt, & fuerunt, & futuris omnibus dehinc, natura ex ſe naſcendi ſufficiat. Hæc ergo ratio ò Aſclepi tibi ſit reddita, quare, & quomodo fiant omnia vtriuſque ſexus. ASC. Ergo Deum dicis ò Triſmegiſte? TRIS. Non ſolum Deũ ò Aſclepi, ſed animalia o-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mnia,& inanimalia. Impoſsibile enĩ eſt aliquid eorũ quæ ſunt, infœcundum eſſe. Fœcunditate enim dempta ex omnibus, quæ ſunt, impoſsibile erit, ſemper eſſe quæ ſunt. Ego enim, & naturam, & ſenſum, & mũdum dico in ſe continere naturam, & nata omnia conſervare. Procreatione enim uterq; plenus eſt ſexus, & eius utriusq; connexio, aut quod eſt verius, veritas incomprehenſibilis eſt, quam ſive Cupidinẽ, ſive Venerem, ſive utrumq; poteris recte nuncupare. Hoc ergo omni vero verius, manifeſtiusque mente percepto quod ex omni illo totius naturæ Deo hoc ſit in æternum cunctis procreandi inventum tributumque miniſterium, cui ſumma charitas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorque divinus, in-

natus est, dicendum foret quanta sit eius ministerij vis, atq; necessitas, nisi ex sui contemplatione vnicuique ex intimo sensu nota esse potuisset. Si enim illud extremum temporis, quo ex cerebro ad ritum peruenimus, vtraque in vtranque fundat natura progeniem animaduertas, vt altera alterius auide rapiat semen, interiusq; recondat. Denique eo tempore ex connexione communi, virtutem mariũ fœminæ adipiscuntur, & mares fæmineo corpore lassescunt. Effectus itaque huius tam blandi, necessariiq; mysterij, in occulto perpetratur, ne vulgo irridẽtibus imperitis vtriusq; naturæ diuinitas ex commixtione sex⁹ cogatur erubescere, multo magis etiã si

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

visibus irreligiosorum hominum subijciatur. Sunt autem non multi, aut admodum pauci, ita vt numerari etiam in mundo possint religiosi. Vnde contingit in multis remanere malitiam, defectu prudentiæ scientiæq; rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu enim religionis diuinæ, qua constituta sunt omnia, contemptus, medelaq; nascitur vitiorum totius mundi. Perseuerante autem imperitia, atq; inscitia, vitia omnia conualescunt, & vulnerant animam insanabilem, vitijsq; infecta ijsdem, atque vitiata, quasi venenis tumescit, nisi eorum, quorum animarum disciplina, & intellectus summa curatio est. Si ergo solis, & paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi, atque expedire tracta-

tum. Quare ſcilicet, ſolis hominibus intelligentiam, & diſciplinam ſuam diuinitas ſit impartiri dignata. Audi itaq; Deus Pater, & dominus, cum poſt Deos, homines efficeret, ex parte corruptiore mundi, & ex diuina, pari lance compenderans, contigit vitia mundi, corporibus commixta remanere. Et alia, propter cibos, victumq́;, quem neceſſario habemus cum omnibus animalibus communem, quibus de rebus neceſſe eſt cupiditatum deſideria, & reliqua mentis vitia animis humanis inſidere. Diis, vero, vt pote ex parte mundiſsima naturę, effectis, & nullis indigentibus rationis diſciplinæq́; adminiculis, quamuis immortalis, & vnius ſemper ętatis vigor, ipſe ſit eis prudẽtia, & diſciplina,

tamen propter rationis vnitatem, pro ratione,& intellectu, ne ab his eſſent alieni, ordinem neceſsitatis, lege conſcriptũ, æterna lege conſtituit, hominem ex animalibus cunctis, de ſola ratione diſciplinaq́; cognoſcens, per quæ vitia corporum homines auertere, atq; abalienare potuiſſent ipſos ad intentionem ſpemq́ue immortalitatis prætendens. Denique & bonum hominem, & qui poſſet immortalis eſſe, ex vtraque natura compoſuit, diuina atque mortali, & ſic compoſitum per voluntatem Dei, hominem conſtitutum eſt, eſſe meliorem Diis, qui ſunt ex ſola immortali natura formati. Et omnium mortalium, propter quod homo, diis cognatione coniunctus, ipſos religione, & ſancta mente

veneratur diique pio affectu, humana omnia reſpiciunt, atq; cuſtodiunt. Sed de hominibus paucis iſtud dictum eſt pia mente præditis. De vitioſis vero nihil dicendum eſt, ne ſanctiſsimus ſermo, eorum contemplatione violetur. Et quoniam de cognatione, & conſortio hominum Deorumque, ſermo nobis indicitur, poteſtatem hominis, ò Aſclepi, vimq́; cognoſce. Dominus & pater, vel quod eſt ſummum, Deus, vt effector eſt Deorum cœleſtium, ita homo effector eſt Deorum, qui in templis ſunt, humana proximitate coniuncti, & non ſolum illuminantur, verum etiam illuminant. Nec ſolum ad Deum proficit, verum etiam confirmat Deos. Miraris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ô Aſclepi, an nunquid diffidis, vt multi? ASCLEP. Confundor, ô Triſmegiſte, ſed tuis verbis libenter aſſenſus, feliciſsimum hominem judico, qui ſit tanta vi, felicitatem conſecutus. TRISME. Nrc immerito, miraculo enim dignus eſt, qui maximus eſt omnium Deorum. Genus enim, omnium confuſione manifeſtum eſt, de mundiſsima parte naturæ propagatum, ſignaque eorum ſola pro omnibus eſſe, quaſi capita. Species vero Deorum quas conformat humanitas, ex natura vtraque conformata eſt, ex diuina quæ eſt prior, multoque diuinior, & ex ea, quæ intra homines eſt, id eſt ex materia qua fuerunt procreatæ, vel fabricatæ, & non ſolum capitibus ſolis, ſed membris omnibus, to-

toq; corpore configurantur. Ita humanitas, ſemper vicina naturæ, & origini ſuæ, in illa diuinitatis imitatione perſeuerat, vt ſicut Deus, ac dominus, vt ſui ſimiles eſſent, Deos fecit æternos, ita humanitas Deos ſuos, ex ſui vultus ſimilitudine figuraret. ASCLE. Statuas dicis ò Triſmegiſte? TRIS. Statuas ò Aſclepi, vides ne quatenus tu ipſe diffidas, ſtatuas animatas, ſenſu, & Spiritu plenas, tanta, & talia facientes, ſtatuas, futurorum præſcias, eaſque forte vates omnes ſomniis, multiſque aliis rebus prædicentes, imbecillitateſq; hominibus facientes, eaſq; curantes, triſtitiamque pro meritis An ignoras ò Aſclepi, quod Aegyptus imago ſit cœli, aut

aut quod eſt verius tranſlatio, & deſcenſio omnium, quæ gubernantur, atque exercentur in cœlo? Et ſi dicendum eſt verius, terra noſtra totius mundi eſt templum. Et quoniam præſcire cuncta prudentes decet, iſtud vos ignorare fas non eſt. Futurum tempus eſt, cum appareat Ægyptios, incaſſũ, piamente diuinitatem ſedula religione ſeruaſſe, & omnis eorum ſancta veneratio, in irritum caſura fruſtrabitur. E terris enim, ad cœlum, eſt recurſura diuinitas, liquetur Ægyptus, terraq; quæ fuit diuinitatis ſedes, religione viduata, numinum præſentia deſtituetur. Alienigenis enim regionem iſtam terramque complentibus, non ſolum neglectus religionum, ſed quod eſt durius, quaſi de

legibus à religione, pietate, cultuq; diuino, ſtatuetur proſcripta pœna, prohibitio. Tunc terra iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum atq; templorum, ſepulchrorum erit mortuorumq; pleniſsima. O Ægypte, Ægypte religionum tuarum ſola ſupererūt verba lapidibus inciſa, tua pia facta narrantibus, & in habitabit Ægyptū, Syrius, aut Indus, aut aliquis talis. Diuinitas enim repetet cœlum, deſerti homines toti morientur, atq; ita Ægyptus Deo, & homine viduata deſeretur. Te vero appello ſanctiſsimum flumen, tibiq; futura prædico, torrenti ſanguine plenus ad ripas vſq; erumpes, vndæque diuinæ non ſolum polluentur ſanguine, ſed totæ rumpentur, & viuis multo maior erit numerus ſepultorum, ſuperſtes ve-

ro qui erit, lingua ſola cognoſce-
tur Ægyptius, actibus vero vide-
bitur alienus. Quid fles ô Aſclepi?
& his amplius, multoq; deterius,
ipſa Ægyptus ſuadebitur, imbue-
turque maioribus malis, quæ ſan-
cta quondam, & diuinitatis aman-
tiſsima, Deorum in terra religio-
nis ſuæ merito, ſola ſeductio ſan-
ctitatis, & impietatis magiſtra, erit
maximæ crudelitatis exemplum,
& tunc tędio hominum non admi-
randus videbitur mundus, neque
adorandus. Hoc totum bonum,
quo melius nec eſt, nec fuit, nec e-
rit, quod videri poſsit, periclitabi-
tur. Eritq; tędium omnibus, ac per
hoc contemnetur, nec diligetur to
tus hic mundus, Dei opus immuta-
bile, glorioſa conſtructio, bonum,
multiformi imaginum varietate,

com-

compoſitum, machina voluntatis Dei; in ſuo opere ſine inuidia ſuffragantis, omnium in vnum, quem venerari, laudari, amari denique à videntibus poſſunt, multiformis adunata congeſtio. Nam & tenebræ præponentur lumini, & mors vita melior iudicabitur, nemo ſuſpiciet cœlum. Religioſus pro inſano, irreligioſus putabitur prudens, furioſus, fortis, pro bono habebitur peſsimus. Anima enim, & omnia circùm eam, quibus, aut mortalis nata eſt, aut immortalitatem ſe conſecuturam eſſe præſumit, ſecundum quod vobis expoſui, non ſolum riſus, ſed etiam putabitur vanitas. Sed mihi credite etiam periculum capitale conſtituetur in eum, qui ſe mentis religioni dederit. Noua conſtituentur ju-

ran

ra, lex noua, nihil ſanctum, nihil religioſum, nec cœlo, nec cœleſtibus dignum audietur, aut mente credetur. Fit Deorum ab hominibus ſeceſsio dolenda, ſoli nocentes Angeli remanent, qui humanitati commixti, ad omnia audaciæ mala, miſeros, manu iniecta compellent ad bella, in rapinas, in fraudes, & in omnia quæ ſunt animarum naturæ contraria. Tunc nec terra conſtabit, nec nauigabitur mare, nec cœlum aſtrorum curſibus, nec ſiderum curſus conſtabit in cœlo. Omnis vox diuina, neceſſaria taciturnitate muteſcet, fructus terræ corrumpetur, nec fœcunda erit tellus, & aer ipſe mœſto torpore langueſcet. Hæc, & talis ſenectus veniet mundi, irreligio, & inordinatio, & irrationabilitas bo-

norum hominum. Cum hæc cuncta contigerint ò Asclepi, tunc ille dominus, & pater, Deus primipotens, & vnus gubernator mundi, intuens in mores factaq; voluntaria, voluntate sua, quæ est Dei benignitas, vitiis resistens, & corruptelæ omnium errorem reuocans, malignitatẽ omnem, vel alluuione diluens, vel igne consumens, vel morbis pestilentibus vbiq; per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit, vt & mundus ipse adorandus videatur, & mutandus. Et tanti operis effector, & restitutor Deus, ab omnibus, qui tunc erunt, frequentibus laudum præconijs benedictionibusq; celebretur. Hæc enim mundi genitura, cunctarum reformatio rerum bonarum, & na-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

turæ ipſius, ſanctiſsima & religio-
ſiſsima reſtitutio, peracto tempo-
ris curſu, quæ eſt, & fuit ſine initio
ſempiterna. Voluntas enim Dei,
caret initio, quæ eadem eſt, & u-
bique eſt ſempiterna. ASCLE. Dei
enim natura conſilium, eſt volun-
tatis bonitas ſumma, ò Triſmegi-
ſte? TRISME. O Aſclepi volun-
tas a conſilio naſcitur, & ipſum vel-
le eſt, ex voluntate. Neque enim
impenſe aliquid vult, qui eſt omni-
um pleniſsimus, & ea quæ vult ha-
bet. Vult autem omnia bona, & ha-
bet omnia quæ vult, omnia autem
bona, & cogitat, & vult, hic autem
Deus eius boni imago, mundus.
ASCLE. Bonus, ò Triſmegiſte?
TRISMEG. Bonus ò Aſclepi. Ut
ego te docebo. Sicuti enim Deus
omnibus ſpeciebus, vel generibus,

quæ in mundo ſunt, diſtributor, diſpenſatorq; eſt bonum, id eſt ſenſus, animæ & vitæ, ſic & mundus eſt præſtitor & tributor õniũ, quę mortalibus videntur bona, id eſt alternationis partiũ, temporalium fructuum, nativitatis, augmentorum & maturitatis, & horum ſimilium. Ac per hoc, Deus ſupra verticem ſummi cœli conſiſtens, ubique eſt, omniaque circunſpicit. Sic enim ultra cœlum, locus ſine ſtellis ab omnibus rebus corpulentis alienus. diſpenſator, qui eſt inter cœlum, & terram, locum obtinet, quem Iovem vocamus. Terræ vero, & mari dominatur Iuppiter Plutonius, & hic nutritor eſt animantiũ mortalium, & fructiferarũ. Horũ õniũ viribus fructus, ar-

bufta,& terra vegetantur. Aliorum vero vires,& effectus per omnia quæ ſunt, diſtribuuntur. Diſtribuentur vero, qui terræ dominantur,& collocabuntur in ciuitate, in ſummo initio Ægypti, quæ à parte ſolis occidentis condetur, Ad quam, terra, mariq; feſtinabit omne mortale genus. ASCLE. Modo tamen hoc tempore vbi iſti ſunt, ò Triſmegiſte? TRISME. Collocati ſunt in maxima ciuitate, in monte Libyco,& hæc eouſque narrata ſint. De immortali vero,& mortali, modo diſſerendum eſt. Multos enim ſpes timorque mortis, veræ rationis ignaros excruciat. Mors igitur efficitur diſſolutione corporis labore defeſsi & numeri completi, quo corporis membra, in vnam machinam ad v-

ſus vitales aptantur. Moritur e-
nim corpus quando hominis vita
lia ferre poſſe deſtiterit. Hoc er-
gò mors, corporis diſſolutio, &
corporalis ſenſus interitus. De
quo ſollicitudo ſuperuacua eſt.
Sed alia neceſſaria, quam, aut igno-
rantia, aut incredulitas contemnit
humana. Audi ergo ò Aſclepi.

Cum fuerit animæ à corpore
facta diſceſsio, tunc arbitrium ex-
amenque meriti eius tranſiliet in
ſummam dæmonis poteſtatem,
iſq; eam cum piam, iuſtamq́; pro-
uiderit, in ſui competentibus lo-
cis, manere permittet. Si autem
delictorum illitam maculis, vitiiſq;
oblitam viderit, deſuper ad ima
deturbans, procellis, turbinibuſq́;
aeris, ignis, & aquæ, ſæpe diſcor-
dantibus tradet. Atq; inter cœ-

lum & terram mundanis fluctibus in diversa semper æternis pœnis agitata raptabitur. Vt in hoc obsit animæ æternitas, quod sit immortali sententia æterno iudicio subiugata. Ergo ne his implicemur cavendum, venerandum, timendumque esse cognosce. Incredibiles enim post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec minis, sed ipsa passione pœnarum. ASCLE. Non ergo Trismegiste hominum delicta sola, humana lege puniuntur. TRISM. Primo enī, ò Asclepi terrena omnia quę sūt, mortalia sunt. Nunc omnia etiam quæ sunt rationi corporali viventia, & à vivendo eadem corporali lege deficientia, ea omnia pro vitæ meritis, aut delictis, pœnis obnoxia, tanto post mortem

ſævioribus ſubjiciuntur, quanto multa forſitan fuerunt celata dum viverent. Præſcia etenim rerum omnium divinitate reddentur, perinde ut ſint pro delictorum qualitatibus pœnæ. ASCEP. Qui ſunt digni majoribus pœnis, ò Triſmegiſte? TRIS. Qui damnati humanis legibus, vitam violenter amittunt, ut non naturæ animam debitam, ſed pœnam pro meritis reddidiſſe videantur. Contra juſto homini in Dei religione, & ſũma pietate præſidium eſt. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium, & dominus, qui ſolus eſt omnia, omnibus ſe libenter oſtendit. Non ubi loco, nec qualis qualitate, nec quantus quantitate, ſed hominem ſola intelligentia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mentis illuminans, qui decussis ab animo errorum tenebris, & veritatis claritate percepta, toto se sensu intelligentiæ diuinę commiscet, cuius amore à parte naturæ, qua mortalis est, liberatus immortalitatis futuræ concipit fiduciam. Hoc ergo inter bonos, malosq; distabit. Vnusquisq; enim pietate, religione, prudentia, cultu, & veneratione Dei clarescit, quasi oculis vera ratione perspecta, & fiducia credulitatis suæ, tantum inter homines præstans, quantum sol cæteris astris lumine suo antestat. Ipse enim sol non tam magnitudine numinis, quàm diuinitate, & sanctitate, cæteras stellas illuminat. Secundum enim Deum hunc crede, ò Asclepi cætera gubernantem, omniaq; mundana illũinantẽ ani-

ma,

malia, siue animãtia, siue inanimãtia. Si enim animal mund⁹, viuens semper, & fuit. & est, & erit, nihil in mũdo tale est. Viuentis etenim vniuscuiusq; partis, quæ in ipso mundo, sicuti in vno eodemque animali semper viuente, nullus est mortalitatis locus. Ergo vitæ æternitatisque Deus ipse esse debet plenissimus, si semper eum viuere necesse est. Sol ergo, sicut mundus sempiternus, sic & ipse semper gubernator vitalium, vel totius viuacitatis eorum, frequentator, & dispensator est. Deus ergo viuentium, vel vitalium, quæ sunt in mundo sempiternus gubernator est, ipsiusque vitæ dispensator æternus. Semel autem dispensauit æterna lege cunctis vitalibus vitam præstans, hoc more quo dicam. In ipsa viuacitate æter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nitatis,mundus agitatur, ipſa vitali æternitate, locus eſt mundi , propter quod non corrumpetur aliquando, ſtabili ſẽpiternitate viuendi circumuallatus , & quaſi conſtrictus ipſe mundus. Eſt igitur diſpenſator vitæ omnibus,quæ in ſe ſunt, & eſt locus omnium , quæ ſub ſole gubernantur,cuius mundi commotio ex duplici conſtat effectu. Viuificatur enim ipſe extrinſecus ab æternitate,viuificatque ea quæ intra ſe ſunt, omnia differentia , numeris, & temporibus ſtatutis , atque infixis,cuncta per ſolis effectũ, ſtellarumque diſcurſum , omnia temporalia ratione , diuinaque lege conſcripta. Terrenum autem tempus,aeris qualitate,æſtuumq; , frigoriſque varietate dinoſcitur. Cœleſte vero recurſionibus ſyde-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

rum ad eadem loca temporaria conuersione recurrentium. & mundus est receptaculum temporis, cuius cursu, & agitatione vegetatur. Tempus autem ordine seruatur. Ordo, & tempus innouatione omnium rerum quæ in mundo sunt, per alternationem faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus, nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile, nec nascentium, nec cœlestiũ, nec terrenorum. Solus enim Deus, & merito solus, ipse in se, & à se, & circum se, totus est plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu, nec loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere ipsius commotionem in æternitate esse, sed magis, & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

agitatio reuocat, & ex qua omniū temporum agitatio ſumit exordiū. Deus igitur ſtabilis fuit, ſemperque eſt, & cum eo ſimiliter æternitas conſiſtit. Mundum vero non natū, quem recte ſenſibilem dicimus intra ſe habet. Huius Dei imago hic mundus eff ctus eſt æternitatis imitator. Habet autem tempus ſtabilitatis ſuæ vim atque naturam, quamuis ſemper agitetur, ea ipſa in ſe reuertendi neceſsitate. Itaq; quãuis ſit æternitas, ſtabilis, immobilis, atque fixa, tamen quoniã quod mobile eſt tempus, in æternitatem ſemper reuocatur agitatio, eaque mobilitas ratione temporis vertitur, efficiturque, vt & ipſa æternitas immobilis quidem ſola, per tempus in quo ipſa eſt, & eſt in eo, om-

nis agitatio videatur agitari. Ergo ſic efficitur, vt & æternitatis ſtabilitas moueatur & tẽporis ſtabilis mobiltas fiat, fixa lege currendi. Sic, & Deũ agitari credibile eſt in ſeipſum eadem mobilitate ſtabilitatis. In magnitudine enim ipſius eſt immobilis agitatio. Hoc ergo quod eſt tale, quod non ſubijcitur ſenſibus, infinitum, incomprehenſibile, inæſtimabile eſt. nec ſubſtineri, nec ferri, nec indagari poteſt. Vnde enim, & quo, & vbi, aut quomodo, aut quale ſit, incertum eſt. Fertur enim in ſumma ſtabilitate, & in ipſo ſtabiltas ſua, ſeu Deus, ſeu æternitas, ſeu vterque, ſeu alter in altero, ſeu vterque in vtroque ſint. Propter quod æternitas ſine definitione eſt temporis. Tempus autem quod definitur, poteſt vel numero,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens, æternum eſſe. vtrunque ergo infinitum, vtrumque videtur æternum. Stabilitas enim, vt pote defixa, quo ſuſtinere quæ agitabilia ſunt poſsit, beneficio firmitatis, merito obtinet principatum. Omnium enim quę ſunt, primordium Deus eſt, & æternitas, Mundus autem, quod ſit mobilis, non habet principatum. Præuenit enim mobilitas ſtabilitatem ſuam in legem agitationis ſempiternæ habendo immobilem firmitatem, Omnis ergo ſenſus diuinitatis, immobilis, ipſe in ſtabilitate ſua ſe cō mouet. Sanctus, & incorruptus, & ſempiternus eſt, & ſiquid melius poteſt nuucupari, Dei ſummi ipſa voluntate aſſiſtens æternitas pleniſſimus omniun ſenſibilium, & to

tius diſciplinæ conſiſtens,vt ita di
xerim,cum Deo.Senſus vero mun-
danus receptaculum eſt omnium
ſenſibilium,& ſpecierum,et diſcipli-
narum.Humanus vero, ex memo-
moriæ tenacitate,quod memor ſit
omnium, quas geſſerit, rerum.Vſ-
que ad humanum tamen animal
ſenſus diuinitatis deſcēdendo per-
uenit.Deus enim ſenſum ſummum,
diuinumque cunctis confundi no-
luit, ne erubeſceret commixtio-
ne aliorum animantium. Intelligen
tia enim ſenſus humani qualis, aut
quanta ſit, tota eſt in memoria
præteritorum. Per eam enim me-
moriæ tenacitatem, gubernator
effectus eſt terræ. Intellectus au
tē naturæ qualitate,& ſenſus mũdi
ex õnib⁹, quæ in mũdo ſenſibilia ſũt

-pote

poterit peruideri. Æternitas quę ſecunda eſt ex ſenſibili mundo, ſenſus datus, qualitaſque dinoſcitur, at intellectus qualitatis, qualitaſq: ſenſus ſummi Dei, ſola veritas eſt, cuius veritatis in mundo, ne quidem extrema lineæ vmbra dinoſcitur. Vbi ſunt mendacia, vbi genituræ, vbi errores videntur. Vides ergo, ò Aſclepi in quibus conſtituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere. Sed tibi Deus ſumme gratias ago, qui me videndæ diuinitatis tuæ illuminaſti lumine, & vos, ò Tati, & Aſclepi, & Ammon intra ſecreta pectoris diuina myſteria ſilentio tegite, & taciturnitate ſeruate. Hoc enim differt intellectus à ſenſu mundi, intelligendam, & dinoſcendam mentis præuenit intentionem. In-

telle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tellectus autem mundi pervenit ad æternitatem, & Deos noſcendos, qui ſupra ſe ſunt, & ſic contingit hominibus, ut quaſi per caliginem quæ in cœlo ſunt, videamus, quantum poſsibile eſt per conditionem ſenſus humani. Hæc autem intentio anguſtiſsima eſt pervidendis tantis bonis. Latiſsima vero cum viderit felicitate conſcientæ. De inani vero, quod etiam magnum videtur eſſe quamplurimis, ſic ſentio. Inane nec eſſe aliquid, nec eſſe potuiſſè, nec futurum unquam. Omnia enim mundi ſunt membra pleniſsima, ut ipſe mundus plenus ſit atque perfectus corporibus, qualitas formaque diverſis ſpeciem ſuā habentibus, & magnitudinem. Quorum unum eſt alio majus aut alio minus, & valetu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dine, & tenuitate diuersa. Nam & quædam eorum validiora videntur sicut & maiora, minora autem, & tenuiora, aut vix aut õnino videri non possunt, quas solũ esse attrecta tione cognoscim⁹. Vnde contingit multis credere hic, non esse corpo ra, sed inanes locos, quod est impossibile. Sicuti enim quod dici- tur est extra mundum, si tamen est aliquid (nec enim istud credo) sic ab eo plenũ esse intelligibilium rerum, id est diuinitatis suæ simili- um. Vt hic etiam sensibilis mun- dus qui dicitur, plenissimus sit cor porum, & animalium, naturæ suæ, & qualitati conuenientiam, quo- rum facies non omnes videmus, sed quasdam vltra modum grandes quasdam breuissimas, aut propter spatij interiecti longitudinem, aut

quod

quod acie ſumus obtuſa, tales nobis eſſe videantur, aut omnino propter nimiam breuitatem à multis non eſſe credantur. Dico nunc dæmonas, quos credo commorari nobiſcum, & heroas, quos inter aeris puriſſimam partem ſupra nos & terram, vbi nec nebulis locus, nec ex ſignorum aliquorum agitatione commotio. Propter quod ò Aſclepi inane nihil eſſe dixeris, niſi cuius rei inane ſit. Hoc quod dicis inane, prædixeris, vt inane ab igne, & ab aqua, & ab his ſimilibus. Quod & ſi contigerit videri, quid inane poſſit eſſe a rebus huiſcemodi, quamuis breue ſit, vel magnum quod inane videtur, ſpiritu tamen, & aere vacuum eſſe non poſſit. Similiter vero de loco dicendum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quod vocabulũ solũ ĩtellectu caret. Locus enĩ, ex eo cuius est; quid sit, apparet. Principali etenim nomine dempto, significatio mutatur. Quare aquæ locus, ignis locus, aut his similium recte dicimus. Sicut enĩ inane esse aliquid impossibile est, sic, & locus solus quid sit dinosci non potest. Nã si posueris locũ sine eo cujus est, inanis videbitur locus, quem in mundo esse non credo. Quod si inane nihil est, nec per se quid sit locus apparet, nisi ei, aut longitudines, aut latitudines, aut altitudines addideris, ut corporibus hominum signa. His vero sic se habentibus, ô Asclepi, & vos qui adestis, scitote intelligibilem mundum, & Deum, qui mentis solo obtutu dinoscitur esse incorporalem, nec eius naturæ

misceri

miſceri poſſe aliquid corporale, id eſt, quod poſſit qualitate, quantitate, numeriſque dinoſci. In ipſo enim nihil tale conſiſtit. Hic ergo mundus, qui dicitur ſenſibilis, receptaculum eſt omnium ſenſibilium ſpecierum, qualitatum vel corporum, quæ omnia ſine Deo vegetari non poſſunt. Omnia enim DEUS, & à DEO omnia, & ejus voluntatis omnia. Quod totum eſt bonum, decens, immutabile, & prudens, & ipſi ſoli ſenſibile, atque intelligibile, & ſine hoc, nec fuit aliquid, nec eſt, nec erit, Omnia enim ab eo, & in ipſo, & per ipſum, & multiformes qualitates, & magnæ quantitates, & omnẽ menſuram excedentes magnitudines, & uniformes ſpecies, quas ſi intellexeris, ò Aſclepi, gratias a-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ℓturus es DEO. Si totum animad
vertes vera ratione, perdiſces
mundum ipſum ſenſibilem, & quæ
in eo ſunt, omnia à ſuperiore illo
mundo, qua ſi ex veſtimento eius
contecta. Vnũ quodq́; enim genus
animalium, ò Aſclepi, cuiuſcun-
que, vel mortalis, vel immortalis.
vel rationalis, ſiue ſit animans,
ſiue ſine anima ſit, prout cuique
eſt genus, ſic ſingula ſui generis
imagines habent. Et quamuis
vnũ quodque animalis genus om-
nem ſui generis poſſideat formam
in eadem tamen ſui forma, ſingula
disſimilia ſunt, Species enim quæ
diuina eſt, incorporalis eſt, & quic-
quid mente comprehenditur. Cum
itaq; hæc duo, ex quibus conſtat
forma, & corpus, incorporalia
ſint, imposſibile eſt vnamquanq́;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

formā alteri ſimilimam naſci, horarum, & climatum diſtantibus punctis. Sed immutantur toties quot hora momenta habet circulj circumcurrentis, in quo eſt ille omniformis quem diximus Deus. Species ergo permanet, ex ſe toties, pariens imagines tantas, tamque diuerſas, quanta habet conuerſio mundi momenta, qui mundus conuerſione mutatur. Species vero, nec mutatur, nec conuertitur. Sic generum ſingulorum formæ ſunt permanentes, in eadem forma ſua diſimiles. Aſclep. Et mundus ſpeciem mutat, ò Triſmegiſte? Triſime. Vides ergo ò Aſclepi. tibi oīa quaſi dormēti eſſe narata.

Quid eſt enim mundus, aut ex quibus conſtat, niſi ex omnib9 natis?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Ergo vis dicere de cœlo & terra, & elementis. Namque alia magis frequenter mutantur in ſpecies, cœlum humeſcens, vel ſordeſcens in una cœli ſpecie, hæ ſunt quæ ſæpe alternantur ſpecies. Terra vero ſuæ speciei multas immutationes ſemper habet, & cum parturit fruges, & cum eadem partu nutriat ſuo, tum reddit omnium fructuum varias diverſasque qualitates, & quantitates, ac ſtationes, & curſus ad omnes arborum, florum, baccarum qualitates, odores, ſapores, ſpecies. Ignis etiam facit converſiones plurimas, atq; diverſas. Solis enim, & lunæ omniformes imagines. Sunt autem quaſi ſpeculorum noſtrorum ſimiles, imaginum ſimilitudines, æmulo ſplendore reddentium. Sed iam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

de talibus ſint ſatis dicta talia. Iterum ad hominem, rationem redeamus, ex quo divino dono, homo animal dictum eſt rationale. Minus autem miranda, & ſi miranda ſunt quæ de homine dicta ſunt, ſed omnium mirabilium vincit admirationem, quod homo potuit invenire naturam, eamque efficere. Quoniam ergo proavi noſtri multum errabant contra orationem DEORUm increduli, & non animadvertentes ad cultum, religionemque divinam, invenerunt artem qua DEOS efficerent, cui inventæ adjunxerunt virtutem, de mundi natura convenientem, eãq; miſcentes, & quoniam animas facere non poterant, evocantes animas dœmonum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus ſuis, di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

diuinisq; mysteriis, per quas sola idola, & benefaciẽdi, & malefaciẽdi vires habere potuissent. Auus enim tuus, ò Asclepi medicinæ primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Lybiæ, circa litus crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus, reliquus enim, vel potius totus, si est homo totus in sensu vitæ melior, remeauit in cœlum, omnia etiam nũ adiumenta hominibus præstans infirmos numine suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Hermes, cuius nomine auitum mihi nomen est, sibi cognomen patrium consistens, omnes mortales vndique venientes adiuuat, atque conseruat. Isin vero, Osirin, quam multa bona præstare propitios, tantum obesse

ſcimus iratos. Terrenis enim Diis atque mundanis facile eſt iraſci, vt pote ſint ab hominibus facti, atque compoſiti, extraque naturã. Vnde contingit ab Aegyptijs hæc ſancta animalia nuncupari, & per ſingulas ciuitates coli eorum animas, quorum ſunt conſecratæ viuentes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nuncupentur. Per hanc cauſam, ó Aſclepi quæ alijs colenda videntur, atq; veneranda, apud alios diſſimiliter habentur, ac propterea bellis ſe laceſſere Aegyptiorum ciuitates ſolent. ASCLEP. Et horum Triſmegiſte Deorum, qui terreni habentur, cuiuſmodi eſt qualitas? Triſme. Conſtat ò Aſclepi de herbis, de lapidib⁹, & de aromatib⁹ vim diuinitatis naturalẽ habentib' in ſe &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

propter hanc causam sacrificijs freqnentibus oblectantur, hymnis & laudibus, & dulcissimis sonis in modum cœlestis harmoniæ concinētib⁹, ut istud, quod est cœlesti usu, & frequentatione illectū, in idola possit lætum humanitas patiens, longa durare per tempora, sic DEORUM actor est homo, & ne putes fortuitos effectus esse terrenorum DEORUM, ò Asclepi, Dij cœlestes inhabitant summa cœlestia, unusquisque per ordinem, quem accipit complens, atque custodiens. Hi uero nostri sigillatim quædam curantes, quædam prævidentes, quædam sortibus, & divinatione prædicētes, hic pro modo subvenientes humanis, quasi amica cognatione auxiliantur. ASCle. Quā ergo partē ratiōis εἱμαρμένη,

vel

vel fata incolunt. O Trismegiste, si cœlestes Dij dominantur, terreni incolūt singula quā εἱμαρμένη nuncupamus? TRISMEG. O Asclepi ea est necessitas omniū quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus juncta. Hæc itaque est, aut effectrix rerum, aut summus Deus, aut ab ipso Deo, qui secundus effectus est Deus, aut omnium cœlestium, terrenarumque rerum, firmata divinis legibus disciplina. Hæc itaque εἱμαρμένη, & necessitas, ambæ sibi invicem individuo connexæ sunt glutino, quarum prior εἱμαρμένη rerum omnium parit initia. Necessitas vero cogit ad effectum, quæ ex illius primordijs dependet. Has ordo consequitur, id est contextus,

& di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& diſtincto temporis rerum perficiendarum, Nihil eſt enim, ſine ordinis compoſitione In omnibus iſtis mundus ordine geſtatur, vel totus conſtat ex ordine. Hæc ergo tria εἱμαρμένη id eſt fatum, neceſsitas, ordo, vel maxime Dei nutu ſunt effecta, qui mundum, gubernat ſua lege, & ratione diuina Ab his ergo omne velle, & nolle diuinitus auerſum eſt totum. Nec ira etenim commouētur, nec flectuntur gratia, ſed ſeruiunt neceſsitati rationis æternę, quę æternitas inauerſibilis, immobilis, inſolubilis eſt. Prima ergo εἱμαρμένη eſt quæ veluti iacto ſemine, futurorū omnium ſuſcipit prolem. Sequitur neceſsitas qua ad effectum coguntur omnia. Tertius ordo textū

ſeruans

ſeruãs earũ rerũ quas εἱμαρμένη neceſsitasque diſponit. Hæc ergo æternitas quæ nec cœpit eſſe, nec deſinet, quæ fixa immutabili lege currendi ſempiterna commotione ſeruatur, oriturq́ue, & occidit alterna ſæpe per membra, ita vt variatis temporibus, ijſdem quibus occiderat membris, oriatur. Sic enim, & rotunditatis uolubilis ratio, vt ita ſint ſibi coarctata cuncta, vt quid ſit volubilitatis initium ignores, cum omnia ſe ſemper, & præcedere, & ſequi videantur. Euentus autem vel ſors, inſunt omnibus permixta mundanis. Dictum eſt nobis de ſingulis, vt humanitas potuit, vt voluit, permiſitque diuinitas. Reſtat hoc ſolum nobis vt benedicentes Deum,

orantesque ad curam corporis re-
deamus. Satis enim de divnis re-
bus tractantes, mentem velut ani-
mi pabulis saturavimus.
De adyto vero egressi, cum Deum
orare cœpissent, in astrum respi-
cientes erant. Sole etenim occi-
dente, cum quis Deũ orare volue-
rit, illuc debet respicere, sicut & so-
le oriente, in eũ qui subsolanus di-
citur. Iam ergo dicentibus pre
cationem, Asclepius ait, submissa
voce oranti suggeramus patri,
quod jusserit, ut thure addito, &
pigmentis, precem dicamus Deo.
Quem Trimegistus audiens, atque
commotus ait, melius, melius omi-
nare, ò Asclepi. Hoc enim sacri-
legijs simile est, cum Deum roges,
thus atque cætera incendere. Ni-
hil enĩ deest ei, qui ipse est omnia.

Sed nos agẽtes gratias, adoremus. Hæ enim ſunt ſummæ incenſiones Dei, cum aguntur grates à mortalibus.

Gratias tibi agimus ſumme, & exuperantisſime. Tua enim gratia tantum ſumus cognitionis tuæ, lumẽ conſecuti. Nomen ſanctum, & honorandum, nomen unum, quo ſolus DEUS eſt benedicendus, religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, & religionem, & amorem, & quæcunque eſt dulcior efficacia præbere dignaris, & donas nos ſenſu, ratione, intelligentia, Senſu, ut te cognoſcamus. Ratione, ut te ſuſpicionibus indagemus. Intelligentia, ut te cognitione cognoſcentes gaudeamus, ac numine ſaluati tuo gaudeamus, quòd nobis te oſtenderis totum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

gaudeamus, quòd nos in corporibus ſitos, æternitate fueris conſecrare dignatus. Hæc eſt enim ſola humana gratulatio, cognitio maieſtatis tuæ. Cognouimus te, & lumen maximum ſolo intellectu ſenſibili. Intelleximus te, ò vitæ vera via, ò natorum omnium fœcunda generatio. Cognouimus te totius naturæ, tuo conceptu plenisſime, cognovimus te æterna perſeveratio. In omni enim iſta oratione, adorantes bonum bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos velis ſervare perſeverantes in amore cognitionis tuæ, & nunquam ab hoc genere vitæ ſeparari. Hoc optantes convertimus nos ad puram, & ſine animalibus cœnam.

FINIS,

FRANCISCI PATRICII, HERMES TRISMEGISTVS.

HErmetem Trismegistum, virum aqud Ægyptios sapientia maximum fuisse, viri multi ac magni, multis iam seculis habuere persuasum. Primus post tot secula. Io. Goropius Becanus Hermeten hunc, neminem hominum fuisse, ausus est affirmare: & alijs etiam persuadere, multis ingenij, atque eruditionis plenis argumentis, est conatus. Quę fere omnia pendēt, ex Theuti nomine: Etimo deducto ab Heet & Hoot, quod Cimmeria quadam

dam ſua lingua, e Cimmerijs tenebris nuper eruta, caput ſignificet. Idē quod Ægyptia Thot, Thoyt, & Theut olim dicit eſſe ſignificatum. Cui rei ut fidem faceret, Hermas ſtatuas illas fuiſſe dictas addit, quibus humani nil aliud erat, præter caput, & pudenda: In quibus præcepta vitæ, & ab Ægyptiis inſculpebantur. Idque viri magni Iamblichi, authoritate confirmat. Qui ſcribat Mercurio Deo, multa librorum Ægyptiacorum millia fuiſſe adſcripta. Somniaſſeque Græcos, & Latinos omnes, qui crediderint, hominem eum aliquem fuiſſe, ante Pharaonis ætatem, qui litterarum, artiumque liberalium author extiterit; neſcientes quid nomen Thoot, Hermetis, Mercurijve ſignificaret. Quod de Cim-

meria ſua lingua , vir hic ſcribit, non eſt animus perpendere. Eius etymi fides apud eum , eamque eſto. Hoot, ac Thoot caput ſignificari , verum eſto. An ideo, nemo unquam virorum , nomine hoc Thoot, ſeu Theut, proprio, inſignitus fuit? Apud Græcos caput eſt κεφαλὴ. An ideo Cephalus, ſenex ille in Platonis Repub. nullus fuit? Ægyptia lingua aqua dicebatur, μὸυσης is, qui ex aqua ſervatus eſſet. Quo duplici nomine in unum iuncto , Moyſi nomen Pharaonis filia impoſuit , (id Ioſephus refert) An quia multi ex aqua ſunt ſervati, nullus unquam vir, Moyſes fuit? Ariſtocles apud Græcos, optima gloria. Ariſtoteles optimus finis, ſonant. An ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nullus Ariſtocles, quod Platoni proprium nomen fuit ? nullus Ariſtocles fuerunt vmquam? Qualis hæc Argumentatio. Thoot caput ſignificat. Ergo nemo hominum vmquam Thoot eſt vocatus ? Scimus ex Platonis Hipparcho, ex Plutarchi Alcibiade, ex alijs quoque magnis authoribus, Hermas tales lapides fuiſſe, quales Goropius deſcribit. An ideo, nullus vmquam homo, Hermes eſt vocatus? Iamblichum ait dicere, multa librorum millia Mercurio Deo fuiſſe inſcripta. Eſto. An ideo Mercurius, nullus vmquã hominũ nomen habuit? An neſcimus quoſcumque antiquitas, & Græca, & Aegypta pro Dijs coluit eos homines fuiſſe. Oſiris, Iſis, frater ac ſoror Saturni Iunio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ris filij : quod Diodorus testatur idemque maritus, & vxor, in Deos sunt relati. Horum a consilijs, & multarum scientiarum institutor Hermes sunt. Et Sanchoniaton Berythius, qui paulo, post Mosen vixit, Phęnicumque historiam scripsit, fidē fecit, eum, qui apud Phęnices Thantus diceretur, apud Aegyptios Thoot, & Thoyt fuisse vocatum. Eumque Saturni scribam fuisse narrat. Hic quoque in Deos est relatus. Is literas inuenit Multa circa Deorum honores, & sacra, & Astrologiam, & Musicam, & Naturam primus obseruauit. Palæstram, & choream, & Lyram reperit. Græcos etiam eloquentiam docuit. A

qui-

A quibus ob eam causam dictus est Hermes. Quæ omnia Diodorus narrat. Cicero vero, Clemens, Arnobi⁹, alij quoque, apud Græcos, Hermetas seu Mercurios quinq;, fuisse perhibent. Inter quos duos fuisse Aegyptios, alterum Nili filiũ cuius nomen Aegyptia gens horrebat, & reuerebatur exprimere. Alterum, qui Argum in Græcia occidisset, profugum in Aegyptũ delatũ, Aegyptios literas docuisse, eisque leges dedisse. An vero Hermes ille, qui Osiridi, atque Isidi a consilijs fuit, sit is idem qui Argum occiderit, nullo antiquitatis, vel indicio, vel testimonio, aut affirmare, aut negare possum. Sed si Diodoro alijsque non paucis credamus, Orpheum primo, alios deinde Græcos, quæ Aegyptiorum e-

rant

erant ad ſuos tranſtuliſſe, literarum inuentionem, non Mercurio Argi occiſori, Sed Theuto Agyptio, quod Plato, vir animo candidiore, fatetur, tribuere debemus. Sed an Theutus hic, ſeu Hermes inuentor literarum, idem fuerit cum Herme te Triſtmegiſto, in dubium verti poteſt; Illud certum eſt, Oſiridis, & Iſidis temporibus fuiſſe. Quando Iſis, vti Diodorus ſcripſit, in columna ſui ſepulchri incſripſerit, ſe fuiſſe ab Hermete edoctam.

Εγω Ἴσις εἰμὶ ἡ βασσίλισσα πάσης χώρας ἡ παιδεύθεισα ἀπὸ Ερμοῦ

Ego Iſis ſum, Regina totius regionis, fui ab Hermete edocta Et in libro ſacro Hermetis, vbi colloquium eſt inter Iſidem; &

Horum filium, multa fit de Hermete mentio. Eiuſque verba ſæpe refert. Et eum vniuerſi etiam, appellat Mentem Fingitque aliquando Deum vniuerſi principem cum Hermete loquentem, eumq́: animæ ſuæ, animam vocantem atque ipſi hominum formationē aſſignantem. Item.

Βουλῆς δ' ὁ πατὴρ πάντων, καὶ καθηγητὴς ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς.

Conſilij pater omnium, & magiſter Triſmegiſtus Hermes.

Ex quo loco videatur, eum Hermeten, qui a conſilijs Iſidi fuerit, eundem fuiſſe Triſmegiſtum. Rurſus Triſmegiſtum Hermetem, non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

fuiſſe eũdem cum Iſidis conſiliario videtur poſſe elici, ex eo Triſmegiſti dialogo, cui nomen eſt Aſclepius, quem Apuleius Latinum fecit. In quo verſ⁹ finẽ hæc ſũt verba. *Hermes, cuius auitum mihi nomen eſt, non ne in ſibi cognomini patria conſiſtens, omnes mortales, undique venientes adiuuat, atque conſeruat.*

In eo autẽ toto dialogo ſicuti in Pœmandro, in Catholico in Claue & reliquis Triſmegiſti nomen veluti & authoris, & interlocutoris, inſertum eſt. Et is qui illa profert verba Triſmegiſtus eſt. Alius igitur, eſt hic Hermes Triſmegiſtus, ab Hermete Triſmegiſto eo, qui Iſidis conſiliator, & inuen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tor lirerarum fuit- Itaque quem Goropius, neminem fuiſſe ait; quē multi magni viri pro uno accepe-runt, nos in duos diſtinguimus, e-iuſdem nominis, & cognominis, aliorum alterius nepotem. Quod & D. Auguſtinus libro de civitate Dei VIII. Sentit, & ſæpe alibi Mer-curij aui, & nepotis, mentionem facit. Sed nomine, & cognomine eodem, unũ atq; eundem, creditum apparet. Priorem quidem Oſiri-dis atque Iſidis temporibus flo-ruiſſe ſatis, ex Diodoro conſtitit, & ſatis etiam ex Hermetis ſermo-ne ſacro conſtat, & ex Sanchonia-tone, qui eum dicit Saturni fuiſſe ſcribam. Saturnus autem fuit Oſi-ridis pater, qui ut Chronici colli gunt, fuit Chaſenuus, ſeu Chami filius, qui dictus eſt Saturnus Iu-

nior

nior. Ideoque in Iſidis epitaphio ſcriptum eſt.

Ἐγὼ εἰμὶ, ἡ τοῦ νεοτάτου Κρονου θεοῦ, θυγάτηρ πρεσβυτατη.

Ego ſum Iunioris Saturni Dei filia natu maxima.

Quod etiam ex libro ſacro videtur poſſe dici, ſcilicet ex nomine Camephes, ita enim in eo ſcriptum eſt.

Πρόσεχε τέκνον ὧρε. Κρυπτῆς γαρ ἐπακούης θεωρίας ἧς ὁ μεν προπάτωρ Καμήφης ἔτυχεν επακουσας παρὰ Ἑρμοῦ τοῦ πάντων ἔργων ὑπομνη-

μνηματογράφου, παρὰ τοῦ πάντων προγενεστέρου Καμηφεος.

Mentem adhibe o Hore fili: occultam enim audis contemplationem, quam auus Camephes audijt ab Hermete, qui omnium rerum commentaria scripsit ab omnium progenitore, Camephe.

Horus quidem cum esset Osiridis filius. Osiris autem Chusi, hic vero Chami id est Camephes, Chamus Hori proau⁹ fuit, Chamephis autẽ progenitor, iam Noachus est, qui dictus est Saturnus senior. Cuius sermones Hermes audierat, & ab Her

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mete Iunior Camephes, qui videtur esse Chusus Chami filius. Itaque videtur Hermes hic primus, Chami vel Chusi præceptor fuisse Noachi autem auditor. Sed cum in eodem libro sacro non longe a principio hæc sint scripta.

Ἀλλ᾽ ἦν ἀυτω διάδοχος ὁ Tat, ὑιὸς ὁμοῦ ϗ παραλήτρωρ των μαθημάτων, τούτων οὐκ ἐις μακρὰν δὲ, καὶ ὁ Ασκληπιὸς ὁ Ιμούθης στανὸς, ϗ Ηφαισοβοῦλης, ἄλλοιτε,

Sed fuit ei successor Tat, filius simul & discipulus horum dogmatum, & non multo post

Asclepius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Asclepius Imuthes, & Hephestiobulus, & alij.

Deinde versus finem, ea quæ attulimus.

Βουλῆς δ' ὁ πάτηρ πάντων, ϗ καθηγητὰς ὁ τρισμεγιςος Ἑρμῆς. Ἰατρικῆς δ' ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἡφαίςου. Ἰσχυος τε ϗ ῥώμης πάλιν Ὄσιρις μεθ' ὧν ὦ τέκνον αὐτὸς σύ. Φιλοσοφίας ϡ Ἀρνεβασκλῶις. ποιητικῆς ϡ πάλιν ὁ Ἀσκληπιὸς, ὁ Ἰμούθης.

Consilij quidem pater omnium ac magister Termaximus Hermes Medicinæ vero *Asclepia*

pius Vulcani filius. Virium vero, & roboris cursus Osiris. Post quos tu filj. Philosophiæ vero Arnebascenis. Poetices autem rursus Asclepius Imuthes.

Ex horum priore loco in dubium vertat quis, quod prius diximus, Hermetas duos fuisse. Proauum, & nepotem. Quia & hic antiquior videtur filium Tatum habuisse, & Asclepium auditorem, quod non videtur temporibus cōsonare. Sed ex hoc posteriore loco, & alio illo ex fine Dialogi Asclepij soluitur omnis difficultas. Nā hoc loco non vnus Asclepius, sed duo nominantur. Alter Vulcani filius medicinæ inuentor, Alter Imuthis filius poetices repertor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Atq; hi ambo Isidis, & Osiridis ętate. in dialogo autem illo ita scribitur.

Auus enim tuus o Asclepi, medicinæ primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Lybiæ.

Ex quibus verbis patet Asclepium medicinæ inuentorem, auum fuisse Asclepij huius iunioris. Auoque iam mortuo templum fuisse consecratum. Deinde subnectitur.

Hermes cuius auitum mihi nomen est, nonne in sibi cognomine patria consistens, omnes mortales undique venientes adiuvat, atque conseruat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Eodem ſcilicet modo, quo, Aſclepius iam vita functus: ille in monte Lybiæ, hic vero in patria ſibi cognomine, in Hermopoli nimirum, cuius nomini ea urbs ſacrata fuerat. Author enim eſt Diodorus, multas urbes Dijs qui eas ædificarunt cognomines fuiſſe. Dioſpolis Ioui, Heliopolis Soli, Hermopolis Mercurio Panopolis Pani, & ſic de alijs multis. De Iſide quoque defuncta ſcribit.

Iſin vero, uxorem Oſiris, quàm multa bona præſtare, propitiam? Quantis obeſſe ſcimus iratam? Et mox.

Vnde contingit ab Ægyptiis, hæc cuncta animalia nuncupari,

colique per ſingulas ciuitates, eorum animas, qui ea conſecrauere viuentes.

Ex quibus ſane omnibus recte perceptis conſtat ni fallimur, Iſin & Hermetem, & Aſclepium contemporaneos, fuiſſe vita exutos tempore Aſclepij, & Hermetis iuniorum. Quod ſi hi, nomina auorum tulerunt, quid mirum, Hermetis prioris filium, nomine fuiſſe Tatum? & filium etiam ſecundi Hermetis, qui prioris nepos, ex Tato fuit, Tatum fuiſſe nominatum? Quandoquidem in eadem familia, & apud Romanos, & apud Græcos, & apud alias nationes, noſtro quoque tempore, iiſdem nominibus, & filij patrum, & nepotes auorum, & proauorum nomi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nentur. Non eſt ergo mirum, ſi apud priſcos etiam Aegyptios in eadem proſapiæ linea, idem contigerit. Et auus Hermes, ſeu Theut fuerit, filius Tat. & huius filius Hermes, & huius iterum Tatus. Neque mirum etiam eſt, ob admirabilem utriusque ſapientiam, utrumque Triſmegiſtum fuiſſe cognominatum. Non equidem, quia ut quidam crediderunt, primus de Trinitate diſeruerit, Nam ante eum, & Abramus, ut videtur eam cognouit, & Zoroaſter, ut eſt palam, de ea eſt locutus. Nec quia, & ſacerdos, & Philoſophus, & rex fuerit. Sed more illo, & Græcorum & Latinorum, quo dictum eſt, Terque quaterque beati. Quod etiam Gallicæ linguæ modo videtur in uſu, ut illud ter, aut tre, ſæpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

in initio vocum apponant, indeq; eam componant, & quoniam secundus a primo, ſicut nomen, ita & cognomen traxit. Vterque autem floruit, ante Moſem, atque eius contemporaneos Pharaones duos, Achorim, & Chenchrem. Nam priorem illum Oſiridis cœtaneum fuiſſe conſtitit. Occiſus autem eſt Oſiris a Typone fratre anno poſt diluuium 568. A quo tempore, uſque ad Moſis natiuitatem quæ fuit anno 717. a diluuio anni intercurrerunt 149. Sed annis 15. antequam Moſes moreretur, Euſebius tradit, Tatum (quem ipſe nominat Chat) Triſmegiſti filium floruiſſe. Itaque ab Oſiridis nece, uſque ad hanc Tati ætatem anni interſunt CCILII. Cui annorum ſupputationi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nō videtur diſſona, quatuor vnius post alium virorum ſapientum ætas, quando legimus iiſdē temporibus, Moſem vnum, 120. annis vixiſſe. Quod ne noſtris quidem admodum mirum fuerit. Scripſit autem uterque libros. Nam de auo, ita nepos, ſub Iſidis perſona in libro ſacro narrat. Eum antequam è vita diſcederet, libros ſuos in Oſiridis adyta repoſuiſſe. Eosq; ita allocutum.

O ſacri libri, imputreſcibiles toto tempore manete, atq; incorrupti. Et quæ ibi referuntur.

Neque verum eſt, quod multi crediderunt, nullas alias literas Aegyptios habuiſſe quam Hieroglyphicas, neque aliud ſcribendi genus, quam in columnis. Quod vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

detur Goropius credidiſſe. Nam & in columnas inſculpſerunt, & libros ſcripſerunt. Sed hos in archanis habuerunt, illa populo proponebant. Quod ſatis ex eodem libro ſacro apparet. Nam auus Hermes de Oſiride, & Iſide ita inducitur loquens.

Οὗτοι τὰ κρυπτὰ, φησὶν Ἑρμῆς, τῶν ἐμῶν ἐπιγνώσονται γραμμάτων πάντων, καὶ διακρινοῦσι, καὶ τίνα μὲν αὐτοὶ κατέσχωσιν, ἃ δὲ καὶ πρὸς εὐεργεσίας θνητῶν φθάνει, στήλαις καὶ ὀβελίσκοις χαράξουσιν.

Iſti, Archana, ait Hermes. meorum ſcriptorum omnium agnoſcent, & diſcernent, & aliqua

ipsi continebunt. Quæ vero ad mortalium beneficiũ tendunt, columnis atq; Obeliscis insculpent.

Quæ autem ipsi continebunt libri, sunt ea de quibus, quod in Archanis essent, ita in eodem est scriptum.

Ω ἱεραὶ βίβλοι τῶν ἀφθάρτων, καὶ τετεύχαται μοῦ χείρονας τῆς ἀφθαρσίας φαρμάκῳ χορείας ἐπικρατῶ, ἀσαπεῖς παντὸς αἰῶνος καὶ ἄφθαρτοι διαμείνατε χρόνους, καὶ ἀθεώρητοι, ἀνερεύνητοι γινόμεναι παντὶ τῷ ταύτῃ παροδεύειν μέλλοντι παιδείᾳ.

O sacri libri rerum incorruptibilium, qui sortiti estis a me deteriora dona, quam incurruptionis Pharmacum, immarcessibiles toto tempore, & incorruptibiles permanere, inconspicui, atque incomperti, ab omni qui hanc disciplinam transgressurus fuerit.

Huic rei consonat, quod de Orpheo, Solone, Pythagora, Thalete, Democrito, Platoneque narratur. Eos scilicet in Ægyptũ, profectos, non a columnis, quæ populo omni expositæ erant, sed a sacerdotibus disciplinas per colloquia, & sobrietatem, & sacra didicisse. De Columnis Proclus commentario suo primo in Timæum scribit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Αἰγυπτίοις δ' ἔτι, καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν. Ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας. Αὕτη δ' ἀπὸ τῶν στηλῶν, ἐν αἷς ἀπεγράφοντο τὰ παράδοξα καὶ τὰ θαυμάτος ἄξια, εἴτ' ἐν πράξεσιν, εἴτ' ἐν ευρεσέσιν.

Ægyptijs, quoque & iam facta, per memoriam, semper noua adsunt. Memoria vero est per historiã. Hæc vero a columnis, in quibus describebantur paradoxa, & quæ admiratione essent digna siue in actionibus, siue in inuentionib.

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Nec vero, quod Iamblichus narrat, ob id verum non eſt. Pythagoram, & Platonem didiciſſe philoſophiam ex columnis Mercurij. Eam ſcilicet philoſophiam, quæ populo profutura erat, ciuilem, & moralem. Sed Phyſica & Mathemata, & Theologica à ſacerdotib⁹ apprehenderunt. Quod idem Iamblichus his verbis teſtatnr.

Neque enim par fieret Pythagoram, & Platonem, & Democritum, & Eudoxum, compluresque alios veterum Græcorum nactos eſſe doctrinam congruam ab his, quæ per ipſos condebatur ſacris ſcriptis.

Qui Iamblichus quanquam initio dicat.

Eorum maiores, suæ sapientiæ inuenta, Mercurio dedicabant, Mercurij titulo omnia commentaria inscribentes.

Non tamen dicit eos proprium eorum nomen tacuisse. Qnod si dixisset, contrarij conuinceretur ab Asclepio iuniore, qui libello suo, proprium nomen adscripsit. Idem fecere vetustissimi eorum Astrologi Anubis, Petosyris, Necepso, Enichmus. Dein & Horus Apollo, & Manethus, & alii. Horum duobus prioribus ait Firmicus, à Mercurij numine Astrologiæ secreta, fuisse commissa. Ac librum, cui nomen fuit Myriogenesis, à Mercurio fuisse Æsculapio intimatum, idque ab hoc ipso, dicit fuisse assertum. Vtrumque ergo, & Mercurii

nomen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

nomen & proprium libris ſuis ad-
ſcripſerunt. Qui mos etiam vide-
tur apud Hebræos fuiſſe. Qui Pro-
phetias ſuas, Deo ſummo tribuen-
tes nomen proprium non omiſe-
runt. Sicuti, & Sibyllis in more fu-
it. Quibus ex rebus, magna illa Go-
ropij argumenta nullius ponderis
euadunt. Sed aiet aliquis, Ægyptia
lingua, longe alia à Gręca fuit. Vero
que eſt ſimile, Ægyptios ſcripto-
res, & Hermetas iſtos, ſua lingu
ſcripſiſſe. Quo ergo modo libell
Triſmegiſti, & Aſclepij eius audi-
toris, Græcè leguntur? Facilis eſt
ſolutio, ex ijſdem Aſclepio, & Iam-
blicho. Nam ille libello ſuo diffini-
tionum, in hæc verba ſcribit.

Καὶ ἔτι ἀσαφεστάτη, τῶ
ἑλλήνων ὕστερον βουληθέντω

τῶ

τὴν ἡμετέραν διάλεκτον εἰς τὴν ἰδίαν μεθερμηνεῦσαι.

Et etiam obſcuriſsima; cum poſtea Græci voluerint noſtram dialectum, in propriam interpretari.

Nec vero mirum videri debet, tam antiquo tempore, Moſis ſcilicet, cuius ætate vidimus, Tatum Iuniorem floruiſſe, id cœptum fuerit a Græcis. Cuius Tati diſcipulus ſimul, & patris, hic Aſclepius fuit. Scimus enim ex Philone, Moſem Græcis diſciplinis fuiſſe imbutum, doctoribus, e Grœcia magnis præmijs a Pharaonis filia euocatis. Iamblichus autem de his Mercurij libris, & alijs, in hunc modum oquitur.

Hi

His ergo ita discussis, dilucida, & plana solutio est modorum, in quos ais incidisse te, ex Mercurij libris. Quæ enim circumferuntur Mercurij titulo, Mercuriales sententias complectuntur. Tametsi lingua philosophorum sæpe utantur. Eò quod fuere transcripti ab Ægyptio idiomate, à viris philosophiæ non imperitis.

Deinde non multo post, virum eum nominat, qui id fecerit.

Hanc sane viam Deificam & Anagogicam, Mercurius docuit, & disseruit. Explanauit

autē, & eandem interpretatus eſt Bytis propheta, Ammoni Regi quam inuenit in Adytis deſcriptam litteris Hieroglyphicis, in urbe Ægyptia quam Saiñ appellant. Et rurſus fine libri.

Quam ſententiam Bytis, ex Mercurij commentarijs, inter pretando tranſtulit.

Quod vero dixit, Ammoni Regi eum fuiſſe eos interpretatum, Cui etiam Aſclepius ſuum libellum ſcripſit, indicio eſt manifeſto Bytin, & Aſclepium eodem vixiſſe tempore, paulo poſt Hermetē. De numero vero Mercurij librorum, idem Iamblichus ita ſcripſit.

Sane uniuerſalia principia Her-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Hermes Termaximus descripsit duabus voluminum Myriadibus, authore Seleuco. Sed tribus Myriadibus sexque Chiliadibus simul quingentis atque quinque viginti-que libris, refert Manethus, Mercurium cuncta complexum ad unguem ostendisse.

De tanto vero numero, soli supersunt, ex Ficini sententia duo, Poemander Græce, & Asclepius Latine, ab Apuleio iam diu versus. Quod & Vergicius, & Flussas Candalla, senserunt, qui Græcũ illũ imprimi curarunt. Sed nostra sentẽtia Poemander ille a Ficino in 14 capita dissectus, non unus liber est, sed totidem libelli per se a Poemandro separati. Cui solus primus debetur. Reliqui cum nullam Poemandri mentionem faciant, nec ab eo

pendeant, aut ordine dogmatum, aut connexione ulla, Poemandri partes dici non possunt. Esse autē eos ab ab illo diuersos, & quæ modo diximus, & Personæ aliæ Tatus, & Asclepius, & tituli ab illo, alij Clavis, Crateris & reliqui libris addito, satis clarum faciunt. Sed extat, & alius titulo sacri libri, quem nos in Cypro in monasterio cui nomen Enclistra, simul cum reliquis inuenimus. Et quem Ioan. Stobæus Eclogis suis Physicis inseruit, cum Fragmentis alijs, & libellis etiam non paucis, partim extantium, partim etiam non extantium. Quæ omnia nos in unum cō-tulimus volumē, simul cum ijs pauculis, quæ tum apud Cyrillū, libris contra Iulianū, tū apud Suidā reperimus, & iuxta nostrà illa exēplaria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

plusquam mille quadraginta loca, tum in Ficinianis, tum in Stobęanis & Candallianis emendauimus. Quę lectionum varietas necessitatem uobis imposuit; ut omnes nouo labore, verteremus. Sed & ordinē libellorum mutauimus ita, ut materierum sequela, magis sit connexa, & scientifica magis appareat. Atque hæc quidem de Mercurio Ter maximo, siue Hermete Trismegisto eiusque libris, ex Cimmerijs nō linguis, sed antiquitatis tenebris quantum viribus suffecimus a nobis eruta, in lucem prodeant. Quibus hæc paucula ab eo in eius obitu prolata addantur, quæ a Calcidio referuntur, loquente ipso Hermete.

Hactenus fili pulsus a patria

vixi peregrinus, & exul. Nunc incolumis patriã repeto. Cumq; post paulum a vobis corporeis vinculis absolutus discessero, videtote, ne me, quasi mortuum lugeatis. Nam ad illam optimam, beatamque ciuitatem regredior. ad quam uniuersi ciues, mortis conditione venturi sunt. Ibi namque solus DEVS, est summus princeps, qui ciues suos replebit suauitate mirifica. Quo hæc, quã multi vitam existimant, mors est dicenda, quam vita.

Videtur autẽ Hermes hic Trismeg?stus, coætaneus, quidẽ fuisse

Mosy. sed paulo senior. Scribit .n. Eusebius in Chronico; Anno Armei Aegypti regis primo, Cath fi- filium Trismegisti floruisse. Is autem annus ante Mosis obitum vigesimus circiter fuit. Apparebit autem ex hisce Hermetis, tum libellis, tum fragmentis, pia quædam erga DEVM philosophia, fidei dogmatibus, ut plurimum consona, Apparebit, quoque, Græcas philosophias omnes; Pythagoream, Platonicam in diuinis, ac morum dogmatibus, Aristotelicam autem, & Stoicam in Physicis, & medicinę etiam principia, & ex his, & ex alijs qui perierunt eius libris fuisse desumptas. Quamobrē, longe satiꝰ, & christianis hominib. consultius, & utiliꝰ longe futurū esse, si Hermetis dogmata, potius quā Aristotelica,

quæ ubique magna ſcatent impietate, in ſcholis publicis, & monachorum Ariſtoteli nimium addictorum cœnobijs, aliquando legantur. Quod ut commodius fieri queat libellos iuxta materierum, uti diximus ſequelam ac ſeriem, in ordinem redegimus. Sicuti & Platonis dialogos, qui ſparſi ac fere ut hi, diſperſi legebantùr, ordine ſciētifico, ut poſt hoſce apparebit diſpoſuimus. Vt difficultate maxima, quæ ex eorum confuſione oriebatur remota, certo ac facili admodum ordine, in poſterum legantur. Et ex ea facilitate, amor ac ſtudium vere philoſophantiuw erga diuinas haſce utraſque philoſophias excitetur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRIS-MEGISTI,

DE PIETATE, & Philosophia.

LIBER I.

EGO, o fili, & humanitatis gratia, & erga Deum pietatis, primum hoc conſcribo. Nulla.n. fuerit iuſtior pietas, quàm intelligere entia, & gratias factori de eis confiteri. quod facere non ceſſabo. Quid ergo faciens quis, o pater, ſi nihil hic verum eſt, recte traducat vitam. Pius eſto, o fili, qui vero pius eſt, ſumme philoſophatur. Namque ſine philoſophia,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

summe pium esse, est impossibile. Sed qui discit, qualia sint entia, & quo modo sint disposita, & à quo, & cuius gratia conditori, ut patri bono, & nutritori probo, & curatori fido, gratias habebit. Et qui gratias agit, pius erit. Qui vero pius est, sciet ubi sit veritas, & quænam sit illa. Et sciens, etiam magis erit pius. Nunquam enim o fili anima in corpore existens, & leuior facta, attollit se ipsam ad comprehensionem boni & veri, labi potest in contrarium. Vehementem enim amorem habet, & obliuiscitur, omnium malorum anima, quæ didicerit suum authorem. Et non potest āplius à bono discedere. Atque hic o fili, esto pietatis religiose finis. Ad quem cum perueneris, & bene viues, & feliciter morieris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

anima tua non ignorante quo eam oporteat reuolare. Hæc enim ſola eſt o fili, ad veritatem via, qua etiã progenitores noſtri ierunt, & iter peragentes conſecuti ſunt bonum Venerabilis hæc eſt via, & plana. difficilis tamen itu, animæ in corpore exiſtenti. Primo namq; oportet eam ſecum pugnare, & diſſenſionem magnam facere, & ab una parte ſuperari. Vnius enim fit ad duo congreſſus. illo fugiente, his vero detinere ſtudentibus. Victoria autem utrorumq; non eſt ſimilis. Illud enim ad bonum feſtinat, hæc vero prope mala habitant. Et illud liberari cupit. Hæc vero ſeruitutem amant. Quod ſi vincantur duæ partes, manent ſibi etiam principe priuatæ. Si vero una illa ſuperata fuerit, a duabus illis du-

citur ac fertur ad pœnam, iudicis qui hic est. Iste est, o fili viæ quæ illuc est, ductor. Oportet enim te o fili, primo, corpus ante finem relinquere, & vincere agonem vitæ, & victor factus redire. Nunc vero o fili, entia tibi per capita percurram. Intelliges enim quæ dicam, memoria tenens, quæ audiuisti. Omnia entia mouentur. Solum non ens, immobile. Omne corpus mutabile. Non omne corpus dissolubile. Quædam corporum sunt solubilia. Non omne animal, mortale. Non omne animal immortale, Dissolubile est, quod corruptibile. Quod manet, immutabile. Quod immutabile, æternum. Quod semper fit, semper etiam corrumpitur. Quod semel factum est. nunquam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

corrumpitur, neq; aliud quid fit Primum Deus, ſecundum mundus, tertium homo. Mundus propter hominem. Homo vero propter Deum. Animæ, quod ſenſitiuum eſt, corruptibile. Quod vero rationale, immortale. Omnis eſſentia immortalis. Omnis eſſentia non mutabilis. Omne ens duplex. Nullum entium ſtat. Non omnia, anima mouentur. Omne ens, anima mouetur. Omne patiens, ſentit. Omne ſentiens patitur. Omne dolens & gaudens animal mortale. Non omne gaudens, & dolens, animal æternum. Non omne corpus ęgrotat. Omne corpus ægrotans, diſſolubile. Mens in Deo, ratiocinatio in homine, ratio in mente. Mens impaſsibilis. Nihil in corpore verũ. In incorporeo, totum, ſine menda-

cio, Omne, quod generatur, corruptibile. Nullum bonum ſuper terra, nullum malum in cœlo. Deus bonus. Homo malus. Bonum, voluntarium, malum inuoluntarium. Dij bona eligunt ut bona. Bona lex magni, bona lex, Bona lex, lex. Diuinum, tempus. Lex humana. Malitia, mundi alimentum. Tempus hominis corruptio. Omne in cœlo immutabile, omne in teɹra mutabile. Nihil in cœlo ſeruum. Nihil in terra liberum. Nihil ignotum in cœlo, nihil notum in terra. Non communicant terrena, cum cœleſtibus. Omnia in cœlo, ſine reprehenſione. Omnia terrena reprehenſibilia. Immortale, non mortale Mortale, non immortale. Seminatum, non omnino gignitur. Genitum vero, omnino & ſeminatum.

Diſſo-

Diſſolubilis corporis, duo tempora alterna ſeminatione ad genituram, alterum â genitura uſq; ad mortẽ. Æterni corporis, tempus unum ex genitura. Diſſolubilia corpora augentur, & minuuntur. Diſſolubilis materia, in contrarias alteratur, corruptionem, & generationem. Æterna vero in ſeipſam, & in ſimilia. Generatio hominis, corruptio. Corruptio hominis, generationis principium. Quod abit, etiam deſinit eſſe. Entium, alia in corporibus ſunt, alia in Idæis. Quæ energiæ ſunt, in corpore ſunt. Immortale non participat immortali. Mortale, in immortale corpus non venit. Immortale vero in mortale aduenit. Energiæ non ſurſum feruntur, ſed deorſum. Terrena nihil iuuant, cœleſtia. Cœleſtia vero iuuant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

omnia terrena. Cœlum corporum æternorũ eſt ſuſceptor. Terra corporum corruptibiliũ eſt ſuſceptrix. Terra, irrationalis. Cœlum rationale. Quæ in cœlo ſunt, ſubiacent. Quę in terra, terræ ſuperſtant. Cœlum primum elementũ. Prouidentia, diuinus ordo, neceſsitas prouidentiæ miniſtra. Fortuna, latio inordinati, energiæ idolum. opinio falſa. Quid Deus? Immutabile bonũ. Quid homo? immutabile malũ. Hęc capita, ſi memoria tenebis, & ea quę pluribus verbis tibi expoſui, recordaberis. Hęc .n. illorum ſunt periochę. Cum vulgo conuerſationes vita, Nolo .n. te inuidum eſſe. vel potiꝰ, quia plebi videberis eſſe ridiculꝰ Simile .n. ſimili depręhenditur. Diſſimilis vero diſsimili nunquã amicꝰ. Iſti vero ſermone paucos omnino

audi-

auditores habent, & forte paucos
habebunt, Habent tamen quid pe-
culiare in ſeipſis. Malos magis acu-
unt ad malitiam. Ideo opottet vul
gum deuitare, quia non intelligit,
eorum quæ dicuntur, virtutem.
Quo modo dixiſti o pater? In hunc
modum, o fili. Omne animal, pro-
penſius eſt hominibus, in malitiam.
At huic conuiua fit. Et ideo gaudet
illa. At hoc animal, ſi didicerit,
quod generabilis ſit mundus, &
quod omnia per prouidentiam, &
neceſsitatem fiunt, imperante cun-
ctis fato, non multo deterius ſeipſo
erit, ſpernens vniuerſum vt geni-
tum. Cauſas autem mali ſi in fatum
referet, nunquã abſtinebit ab omni
opere malo. Ideo cauendũ ab ipſis,
vt ignoratione perſeuerãtes minus
ſint mali præ timore occulti.

FINIS.

HER-

HERMETIS TRISMEGISTI, *POEMANDER.*

LIBER II.

CVm aliquando cogitarē circa entia, & eleuata mēte, valde ſopitis mei corporis ſenſibus, veluti qui ſomno ſunt gravati ex cibi ſacietate, vel corporis labore, viſus ſum videre quendam permagnum menſura indefinita, vocare meum nomen, & mihi dicere. Quid vis audire, & inſpicere? Et quid mente concipiens, diſcere & cognoſcere? Aio ego. Tu vero qui es? Ego equi

dem, inquit, ſum Poemander, mens eius qui dominus eſt. Noui quid velis. Et tecum ſum ubiq; Dico ego Diſcere volo entia, & intelligere eorum naturam, & cognoſcere Deum. Quomodo? Dixi, audire volo, Inquit, me rurſus habe mente tua Quæcunque vis dicere, ego te docebo. Cũ hoc dixiſſet, mutatus eſt forma. Et illico cuncta mihi aperta ſunt momento, & cerno ſpectaculum indefinitum. & lucem omnia facta, ſuauem & hilarem. Et lætatus ſum ea viſa. Et paulo poſt, tenebræ deorſum latæ, in parte factæ, horribiles, & triſtes, oblique terminatę, ut imaginarer me vidẽte, mutari tenebras in humidam quandam naturam ineffabbiliter turbatam, & fumum reddentem tamquam ab igne, & ſonum quendam reſonan-

tem indicibilem,lugubrem. Inde (vox ex ipſa inarticulata emittebatur. ut ſuſpicarer vocē eſſe lucis) Ex luce vero, verbū quoddam ſanctū conſcendit ipſā naturā. Et ignis ſincerus exilijt ex humida natura surſum in ſublime. Leuis autem erat,& acutus atq; efficax. Et aer,& ipſe leuis,ſecutus eſt ſpiritum. Aſcenditq; uſq; ad ignem a terra , & aqua , ut videretur, ſuſpendi ſuper ipſo. Terra vero,& aqua remanſerunt in ſe commiſta,ut non cerneretur ab aqua. Mouebanturq;,ob illatum ſpirituale verbum. Tunc Poemander ad me. Intellexiſti ne ſpectaculum , quid ſibi velit ? Et cognoſcam inquam ego. Lux illa , inquit , ego ſum , Mens tuus Deus. Qui eſt ante humidam naturā,quæ ex tenebris , apparuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Illud vero ex mente lucidum verbum, filius Dei. Quid ergo, inquam? Sic nosce. Quod in te videt, & audit, verbum domini. Mens vero Deus pater, non distant a se invicem. Vnio enim horum est vita. Gratias tibi ago, inquam ego. Sed mente concipe lucem, & cognosce ipsam. Sic effatus, diu aduersi nos intuebamur, ita ut tremerem eius formam. Aduerso autem eo, conspicio in mente mea lucem in viribus innumeris esse. & mundum indefinitum verè, & cohiberi ignem virtute maxima, & statum esse adeptum, coactum. Hæc ego comprehendi, videns Poemandri verbum. Itaque cum in stupore essem, ait ad me rursus. Vidistin in mente, archetypam formã quæ ante principium est principij inter

minati? Hæc Poemander mihi. Inquam ego, Elementa naturæ, unde sunt constituta? Rursus ille ad hęc. Ex consilio Dei. Qui aecipiens verbum, & videns pulchrum mundum, imitatus est, mundum efficiens per eius elementa. & germina animarum. Mens vero Deus, mas fœmina existens, vita & lux cum sit parturijt verbo, aliam mentem opificem. Quæ Deus ignis, & spiritus existẽs effecit rectores quosdam septem, in circulis continentes sensibilem mundum. Et regimen illorum fatum vocatur. Exilijt statim ex deorsum latis elementis Dei verbum, in purum naturæ opificiũ, & unitum est opifici menti. Consubstantialis enim erat. & relicta sunt ratione carentia, deorsum lata naturæ elementa, ut essẽt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

materia tantũ. Mens vero opifex ſimul cũ verbo, quæ complectens circulos, & uerſans impetu, reuoluit ſua opificia, permiſit, ut reuoluerentur, a principio indefinito, in interminatum finem. Incipiunt enim ſemper ubi deſinunt. Horum vero circulatio prout vult mẽs, ex deorſum latis elementis animalia protulit irrationalia. non enim habebant rationem, Aer vero volatilia tulit, aqua vero natantia. Et ſegregata ſunt ab inuicem, terra, & aqua prout voluit ipſa Mens. Et terra produxit a ſe, quæ habebat animalia quadrupeda, ſerpentia, beſtias feras ac cicures. Omnium vero pater Mens, cũ eſſet vita & lux, parturijt hominem ſibi ſimilem, Quem adamauit, ut proprium par-

tum

tum. Perpulcher enim erat, patris imaginem habens. Reuera enim etiam DEVS dilexit propriam formam. Eique tradidit omnia sua opificia. * Cumque mente comprehendisset opificis facturam in uniuerso, voluit, & ipse condere. Et segregatus est a patre, relict⁹ in opificiali sphæra. Habens vero omnẽ potestatẽ considerauit septẽ rectorũ opificia. Ipsi vero eum dilexerunt, & singuli participẽ sui ordinis fecerunt. Cumq; intellexisset horũ essentiam, & particeps fact⁹ eorum naturæ, voluit perrumpere circumferentiã circulorum, & potentiã eius qui igni insidet intelligere. Et is mortaliũ mundi animalũ & irrationaliũ, habens omnem potestatem, per harmoniã introspexit, irrumpens, potentiã circulorũ

& oſtendit deorſum latam natu-
ram , pulchram DEI imaginem.
Quam cum conſpexiſſet, inſatia-
bilem pulchritudinem, & omnem
effiicaciam in ſe habentem ſeptem
rectorum, & imaginum Dei ſubri-
ſit præ amore, utpote pulcherrimę
imaginis, hominis formam, quaſi
in aqua vidiſſet , umbram vero in
terra. Ille vero videns, ſimilem ſibi
imaginem in ſe ipſo, exiſtentem a-
qua, dilexit. & voluit ei cohabita-
re. Ac ſtatim hoc conſilio factum
eſt opus, & parturijt irrationalem
imaginem. Natura vero ſuſcipiens
amatum circumplexa ei eſt tota,
& commiſti ſunt. Seſe enim amãt.
Et ob id præter omnia terre-
na animalia, duplex eſt homo. mor
talis quidem corpore, immortalis
vero ob ſubſtantialem hominem.

Nam cum immortalis ſit, & omniũ poteſtatem habeat. mortalia tamẽ patitur, ſubiecta fato. Et cum ſit harmonia ſnperior, harmonicus fuit ſeruus. Et cum ſit mas fœmina ex marifœmina patre, & inſomnis ab inſomni dominatur. Et poſt hæc, Mens mea. Nam & ipſe amo ſermonem. Poemander vero dixit. Hoc eſt archanum myſterium uſq; ad hanc diem. Natura namque commiſta HOMINI protulit quoddam miraculum admirabilisſimum. Habens enĩ ipſe harmoniæ ſeptem rectorum naturam, quem dixi tibi, ex igne & ſpiritu non manſit natura. Sed illico parturijt ſeptem homines, ad naturam ſeptem rectorum marifœminas, & ſublimes. Et poſt hæc o Poemander, in magnum enim deſide-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

rium veni, & cupio audire, ne excurras. Et Pœmander dixit. Sed ſile, non enim adhuc explicaui primum ſermonem. Ecce ſileo, dixi ego. Facta igitur, ut dixi, ſeptem horũ genitura tali modo. Fœmineꝰ enim aer, aqua ſalax ex igne maturitatem, ex æthere vero Spiritum accepit. Et protulit natura, corpora ad formam hominis. Homo vero ex vita, & luce, factꝰ eſt in animã, & mẽtem. Ex vita quidẽ animã, ex luce vero mentem. Et remanſerunt ita omnia membra ſenſibilis mundi, uſque ad periodi finem dominans, & generans. Audi tandem, quem cupis ſermonem audire. Completa periodo, ſolutum eſt uniuerſorum vinculum ex conſilio Dei. Omnia namque animalia cum ſint marifœmina, ſolue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

bantur ſimul cum homine. et facta ſunt partim maſcula, & partim fœminea ſimiliter, DEVS vero ſtatim dixit ſancto verbo: Creſcite incremento, & multiplicamini multitudine, omnia condita, & opificia. Et recognoſcat, qui mente eſt præditus ſe ipſum immortalem, & cauſam mortis, amorem corporis, & omnia entia. Hoc cum dixiſſet, prouidentia per fatum & harmoniam, miſtiones effecit, & generationes conſtituit. & multiplicata ſunt in ſuo genere omnia. Et qui cognouit ſe ipſum, venit in ſuperaffluens bonum. Qui vero amauit per amoris errorem corpus, is manet in tenebris errans ſenſibiliter patiens ea quæ ſunt mortis. Quid tantum errant, dixi ego, ignari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ut priuentur inmortalitate? Videris o tu, non intellexisse, quæ audisti. Non, inquam, intelligo? Intelligo & recordor, & simul gratias ago tibi. Si percepisti, dic mihi, cur digni sunt morte qui in morte sunt? Quoniam anteit proprium corpus lugubris tenebra. Ex qua est humida natura, ex qua corpus est constitutum, in sensibili mundo, ex quo mors deriuatur. Percepisti recte o tu. Sed quomodo nã qui se ipsum intellexit, in Deũ transit? Quod quidem dixit, DEI verbum. dico ego. Quoniam ex luce, & vitam constituit pater uniuersorum, ex quo factus est homo. Recte admodum dicis. Lux & vita est Deus, & pater ex quo natus est homo. Si ergo didiceris te ipsum ex vita, & luce constitutum, in vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tam rursus transibis. Hæc Poemander dixit, Sed adhuc mihi dic, quomodo in vitam transibo, dixi ego o Mens mea ? Dicit enim Deus: Mente præditus homo, agnoscat se ipsum. Nonne omnes homines mentem habent? Recte loquere, o tu. Advenio ego Mens, pijs, & bonis, & puris, & misericordibus, & qui religiose vivunt. Et præsentia mea, fit auxilium, Et illico cuncta cognoscunt, & patrem deprecantur amanter, & gratias agunt benedicentes, & laudant, intenti in ipsũ amore, Et antequam tradant corpus propriæ morti, odio habẽt sensus, cognoscentes ipsorum opera. Sed potius non sinam ego Mens opera quæ corpori accidũt ad finem deduci. Ostiaria claudam ingressus malorum, & turpium o-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

perum, cogitationes reſcindens. Stultis vero, & malis, & pravis, & invidis, & factioſis, & occiſoribus, & impiis longe abſum. Vindici eos tradens dęmoni. Qui acutiem ignis adhibens, ferit ipſum ſenſibiliter, & magis ad ſcelera eum armat, vt conſequatur maiorem pœnam. Et non ceſſat, deſideria inexplebilia cupiditatem habens inſatiabilē, veluti in tenebris inquireret, & hunc perdit & magis cruciat, & ſupra ipſum ignē etiam atq; etiam, adauget. Optime cūcta, ut volui me docuiſti o Mens. Sed præterea, mihi dic, de eo reditu qui fit poſt hæc? Dixit Poemander. Primo quidem in reſolutione corporis materialis, tradit corpus ipſum in alterationem, & forma, quam habuit, fit inuiſilis. Et morem Dæmoni ineſſicacem tradit,

dit,& ſenſus corporis in ſuos fontes redeunt partes facti. & rurſus reficiuntur in actiones. Et iraſcentia, & concupiſcentia in irrationalem naturam abit. Atque ita denique impetum capit ſurſum per harmoniam. Et primæ zonæ dat augumentatricem actionem, & eam quæ eſt decrementi Et ſecundæ machinationem malorum, & dolum inefficacem. Et tertia concupiſcibilem deceptionem, itidem inefficacem. Et quartæ dominandi appetentiam affectu vacuam. Et quintæ audaciam impiam &audentiæ temeritatem. Et ſextæ occaſiones malas, diuitiarum ſine viribus. Et ſeptimæ zonæ inſidiās mendaciũ. Et tunc nudatus ab harmoniæ operibus, ſcandit ad octauam naturã, proprias habens uires.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& laudat cum entibus patrem & ei congratulantur qui ſunt præſentes huius aduentu. Et ſimilis factus ei audit, & potentias quæ ſuper octauam naturam ſunt, voce quadam propria laudentes Deum Et tunc ordine aſcendunt ad patrem, & ipſi ſe ipſos inter potentias tradunt. & Potentiæ facti in Deo fiunt. Hic eſt bonus finis, ijs qui cognitionem ſunt adepti, Deos fieri. Deniqui quid moraris? nonne, ut omnia ſuſcipiens ductor fias ijs qui digni ſunt, ut genus humanum per te a Deo ſeruetur.

Hæc poſtquam mihi dixit Poemander, immiſcuit ſe potentijs. Ego uero gratias agens, eo benedicens patrem uniuerſorum, ſurrexi ab eo roboratus, & edoctus uniuerſi naturam, & maximum illud

ſpecta-

ſpectaculum. Et cœpi alta voce nunciare hominibus pietatis, & cognitionis pulchritudinem. O populi, viri terrigenæ qui vosmetipſos ebrietati, & ſomno dedidiſtis, & ignorationi Dei; ſobrij eſtote, deſinite crapulari, allecti ſomno irrationali. Illi vero audientes adceſſerunt libenter. Tunc aio. Cur nam, o viri terrigenæ, voſmet tradidiſtis in mortem, habentes poteſtatē immortalitatis fieri participes? Reſcipiſcite vos qui cum errore inceſſiſtis. Et communicaſtis cum ignorantia. Diſcedite a tenebroſo lumine, immortalitatis eſtote participes. Deſerite corruptionem. At eorum aliqui illudentes diſſeſſerunt, in viam mortis ſeſe tradentes. Alij vero, orabant edoceri, ad pedes meos ſe proii-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cientes. Ego vero, illos ſurgere iubens, dux effectus ſum generis humani, rationes docens, qualiter, & quomodo ſervari queant. Et ſeminaui eis ſapientiæ ſermones & nutriui ambroſia aqua. Veſpere autem facto, & ſolis ſplendore iam occidente toto, iuſsi eos gratias DEO agere. Et completa gratiarum actione, unusquisque redijt in proprium cubile. Ego vero, beneficētiā Poemandri deſcripſi in me ipſo. Et repletus ijs quæ uolueram lætatus ſum valde. Factus eſt enim corporis ſomnus, animæ ſobrietas. Et compreſsio oculorum vera viſio, & ſilentium meum, grauidum bono. Et ſermonis prolatio, germina bonorum. Hoc autem accidit mihi, quia accepi a

mente mea. hoc est a Poemandro Domino verbi, Deo afflatus veritate, veni. Propterea do, ex animo, & viribus totis laudem patri Deo Sanctus Deus Pater uniuersorum. Sanctus Deus, Cuius consilium ad finem deducitur a proprijs potentijs. Sanctus Deus, qui cognosci vult, & cognoscitur a suis. Sanctus es, qui verbo constituisti entia omnia. Sanctus es, cuius uniuersa natura imago nata est. Sanctus es quem natura non formauit. Sanct⁹ es, qui omni potentia es fortior. Sanctus es, qui omni excellentia es maior. Sanctus es, qui omnes superas laudes. Suscipe loquelæ sacrificium purum ab animo, & corde ad te ĩtento. O indicibilis, ineffabilis, silentio uocate. Petimus, ut nõ aberremus a cognitione nostræ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

essentiæ, annue mihi, & corrobora, gratia hac illumines eos qui sunt in ignorantia generis mei fratres, filios vero tuos. Ideo credo tibi, & testimonium do in vitam, & lucem transeo. Benedictus es pater. tuus homo, sanctificari tecum vult, prout ei tradidisti omnẽ potestatem.

FINIS POEMANDRI

SCHOLION.

1 *Scholia, quæ ad calcem quorundam dialogorum invenies adiecta, ea R. P. Magister Iacobus de Lugo. in eorum visione R. P. Inquisitoris vicem gerens, iussit apponi, ne aliquid contra sacro sanctam fidem Catholicam, videretur permisisse, sunt autem sequentia.*

2 *Quando ait, Deum esse Mentem. Intelligatur sano modo, hic & alibi.*

3 *Item quando ait Deus accipiens verbum, & videns pulchrum, mundum imitatus est. Intelliga-*

tur ſano modo· ſcilicet quod Deus creauerit mundum verbo ſuo,

4 Et parturijt aliam mentem, ut pater generauerit filium,

5 Quando vocat Deum, Mas fœmina, Intelligatur ob eius fœcunditatem,

6 Falſiſsimum eſt quod homo ex vita & luce factus ſit in animam, & mentem, niſi intelligat pro luce & vita, ipſum Deum,

7 Item falſum, quod ex luce & vita factus ſit mundus, ex quo mundo factus ſit homo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRIS-MEGISTI,

SERMO SACER.

LIBER III.

GLoria omnia Deus, & diuinum, & natura diuina Principium entium Deus, & intellectus, & natusa & materia & actus, & necessitas & finis, & renouatio. Erant enim tenebræ infinitæ in abysso, & aqua, & spiritus tenuis, intellectualis potentia, existentia in chao. Exijt lux sancta, & concreta sunt super harena elementia, ex humida substāta Et Dij omnes distinxerunt naturam seminariam. Cumque omnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

essent interminata, & incondita, secreta sunt leuia sursum. Et grauia, fundamentum facta sunt super humida harena, igne ea omnia terminante. Cumq; suspensa essent spiritu sustinebantur, ac ferebantur. Et conspectum est cœlum in circulis septem. & Dij in astrorum ideis uisi cum eorum signis omnibus. & discreta, & dinumerata sunt astra, cum dijs qui in ipsis erant. Et circumprehensus est circulus aere, circulari cursu, diuino spiritu latus Et protulerunt singuli Dii per propriam potentiam, quod sibi fuit ordinatũ. Et generatæ sũt feræ quadrupedes, & serpentes, & natãntes & volantes; & õne semẽ fœcũdũ, & gramẽ, & floris omnis, herba virẽs. Semina regenerationis in seipsis colligentes. Generationes vero

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

hominum, ad operum diuinorum cognitionem, & naturæ vivum testimonium, & multitudinem hominum, & omnium quæ sub cœlo sunt dominatum, & bonorum agnitionem, ut augeantur in augmento, & multiplicentur in multitudine, & omnem in carne animam, per cursum deorum circularium monstrosa seminum in inspectionem cœli & cursus cœlestium Deorum, & operũ diuinorum, & naturæ operum, in signa bonorum, ad notitiam diuinæ potentiæ, fato impediente; cognoscere bonorum, & malorum, & omne bonorum artificium inuenire. incipit ea vita donare, & scientia, ad fatum cursus circularium Deorum. & resoluere in id, cuius erunt magna commentaria

artificiorum, in terra relinquentes temporum renouationem, & deletionem. Et omnem generationem animatæ carnis, & fructus semen, & omnis artificij quæ minuuntur, renouabuntur necessitate. & renouatione Deorum, & naturæ circuli in numerum currentis. Diuinum namque, tota mundana tēperatio natura renouata. In diuino namq; etiam natura est constituta.

FINIS SERMONIS Sacri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRIS-MEGISTI.

CLAVIS.

LIBER IIII.

HEsternum ſermonem o Aſclepi, tibi dicaui. hodiernum vero, iuſtum eſt dicare Tatio. quandoquidem etiam genericorum ſermonum, qui ad eum ſunt habiti eſt epitome. Deus igitur, & pater, & bonum, o Tati eandem habent naturam. vel potius & actionem. Nam altera, naturæ, & accrementi eſt appellatio. quæ ſunt circa mutabilia, & immutabilia, & mobilia & immobilia, hoc eſt diuina, & humana.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quorũ ſingulũ ipſe vult eſſe. Alibi vero eſt actio, ſicuti in alijs docuim⁹ divinis & humanis. Quę oportet, de hoc intelligere. Huius .n. actio voluntas eſt, & eſſentia ipſius; velle omnia eſſe. Quid ·n. eſt De⁹, & pater, & bonũ, quã omniũ eſſe, non dũ entium, ſed hyparxin ipſam entium. Hoc Deus, eſt hoc pater, hoc bonũ, cui aliorum nihil adeſt. Nam mundus, & ſol per participationẽ eſt, & ipſe pater. Nondũ tamen bonũ animalibus cauſa eſt, neque viuendi. Si vero hoc ita habet, ömnino coactus a bona voluntate. Abſque qua, neque eſſe; neque gigni eſt posſibile. Cauſa vero eſt filiorum pater, & hominis & nutritionis appetitionẽ ſumens, a bono. Bonũ nãq; eſt ipſũ factiuum. Hoc vero non eſt poſsibile alij

cuiquam

cuiquam inesse, nisi soli illi, qui nihil accipit, omnia tamen vult esse Non enim dicam, o Tati, facere. Nam factor defectiuus est multo tempore. In quo aliquando facit, aliquando non facit. Et qualitatis & quantitatis. Quandoque enim quanta, quandoque qualia, aliâs vero contraria. Deus autem & pater, & bonum esse omnia. Ita igitur, hæc omnia ei qui videre posit. Etenim hoc vult esse, & est, & ipsi, maxime sibi. Etenim alia omnia propter hoc sunt. Proprium enim boni est, ut cognoscat. Hoc est bonum o Tati. Replesti nos o pater bono, & pulcherrimo spectaculo & fere sanctior est factus meæ mentis oculus a tali spectaculo. Non enim sicuti solis, radius igne⁹ existens illustrat, & oculos per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſtringit, ſic & boni ſpectaculum. Imò contrarium, illuminat in tantum quantum poteſt quis ſuſcipere influxum intelligibilis ſplendoris. Acutius enim eſt ad penetrandum. Innocuum vero eſt, & immortalitate plenum. Qui poſſunt plus aliquid haurire ſpectaculi, obdormiunt multoties a corpore, ad pulcherrimã viſionem. Quod Cœlius, & Saturnus noſtri progenitores ſortiti ſunt. Vtinam & nos o pater, vtinam o fili. Nunc vero, etiam num minus intenti ſumus ad viſionem, & nondum valemus aperire mentis oculos, & contemplari pulchritudinem boni illius incomprehenſibilem. Tunc enim ipſã cernes, quando nil de ea habeas dicere. Cognitio, namque ipſius & contemplatio, eſt ſilentium, &

omnium sensuum requies. Neque .n. quicquam aliud potest intelligere qui ipsam intellexit. neque aliud quicquam speculari, qui hanc uidit, neque de alio quoquam audire, neque omnino corpus mouere Omnis namque corporeorum sensuum, & motionum correptio quiescit. Circumlustrans uero totam mentem, & totam animam, illustrat & abstrahit a corpore, & totum ipsũ in essentiam Dei mutat. Possibile.n. est o fili, animam deificari in corpore hominis, quę viderit boni pulchritudinem. Quid est, hoc deificari? quid ais o Pater. Omnis animæ, o fili diuisio; Mutationes vero, quo modo rursus diuidis? Non audisti, in gẽericis, quod ab vna anima vniuersi, õnes animæ sunt, eæ quæ in uniuerso mundo volutantur,

quaſi illinc diviſæ, & diſtributæ. Harum animarum multę mutationes. Harum quidem in fortunatiorem, illarum vero in contrarium ſtatum. Nam quæ reptiles ſunt, in aquatilia mutantur. Aquatilium vero, in terreſtria. Terreſtres autem in volatilia. Aereæ vero in homines. Humanæ vero immortalitatis participes in dæmones mutantur. Dein ita in Deorum inerrantium Chorum tranſeũt. Chori uero duo ſunt Deorũ, alius errantium, alius inerrantium. Et hæc eſt animæ perfectiſsima gloria. Anima in corpus hominis ingreſſa, ſi mala perſeverat, neque guſtat immortalitatem neq; boni fit particeps. Sed retrogradiens viam, revertitur in reptibilia. Et hæc condemnatio eſt animæ malæ. Nequitia vero

animæ est igoratio. Anima namq; nihil entium cognoſcens, neque horum naturã, neq; bonũ, cæcutiens in corporis impingit paſsiones. Et infœlix, ignorans ſeipſã, ſeruit corporibus alienis, & flagitioſis, tanquam ſarcinam ferens corpus, non imperat eis, ſed ab eis dominatur. Hæc malitia eſt animę. Econtra virtus animæ, cognitio eſt. Cognoſcens enim, & pius, iam eſt divinus. Quis vero eſt is, o pater? Qui non multa loquitur, neque multa audit. Nam qui duos ſermones audit o fili, in umbram pugnat. Nam Deus, & pater, & bonum, neque dicitur, neque auditur Hoc ita ſe habente, in omnibus entibus ſenſus eſt. eo quod ſine ipſo nequeant eſſe. Cognitio vero a ſenſu multum differt, ſenſus nãq;

fit præpollentis. Cognitio vero eſt ſcientiæ finis. Scientia vero donũ Dei. Omnis. n. ſcientia incorpore eſt, organo vtens ipſa mente. Mens autẽ corpore. Ambo ergo ingrediũtur in corpora, ĩtelligibilia& materialia. Ex contrapoſitione. n. & contrareitate oportet õnia cõſtare. Et hoc aliter eſſe eſt impoſſibile. Quis ergo materialis eſt hic Deus; Pulcher mundus Non eſt tamen bonus, Materialis. n. & facile paſſibilis & primus quidem paſſibilium. Secundus vero entium, & per ſe indigus. & aliquando quidem genitus, ſemper tamen exiſtens. Cumq; ſit in generatione, & fiat ſemper, generatio eſt, qualium & quantorum Mobilis. n. eſt Omnis. n. materialis motus, generatio eſt. Intelligibilis autem ſtatus, mouet materia-

lem motu, in hunc modum. Cum mundus sphæra sit, hoc est caput. Supra caput vero nullum materiale est sicuti neq; sub pedibus vllũ est intellgibile. Vniuersum autẽ materiale est. Mẽs vero caput est hęc sphærice mota, id est, capitaliter. Quęcunq; ergo adiũcta sunt membranæ capitis huius, in quo anima est, immortalia sunt natura. Sicuti vero in anima corporis facti, plenam corpore animam habent. Quæ vero procul a membrana, in quo plus habent animæ corpus, vniuersum vero animal est. Itaque vniuersum ex materiali, & intelligibili constat. Et mundus quidem, primum. Homo vero secundum animal est, post mundum. Primum autem mortalium. Et aliorum quidem animalium habet, vt sit animatus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

matus. Non tamen tantum est non bonus, sed etiam est malus, vt mortalis. Nam mundus quidem, non bonus est, quia mobilis. non tamē mal⁹, quia immortalis, Homo vero, & qua mobilis & qua mortalis, mal⁹ ē. Anima vero homīis hoc modo fertur. Mens in ratione. Ratio in anima. Anima in spiritu, spiritus in corpore. Spiritus penetrans per venas, & arterias, & sanguinem, mouet animal. & quodam modo fert. Quare aliqui, animam, sanguinem putarunt esse, errantes in natura: Nescientes quod oporteat prius, spiritum recurrere in animam, & tunc sanguinem concrescere, & venas, & arterias vacuari, & tunc animal interire. Et hæc est mors corporis. Ex vno vero principio,

pendent omnia. Principium vero ex uno, & solo. Et principium quidem movetur, ut iterum principiũ fiat. Vnum autem manens stat, & non mouetur. Tria ergo hæc, Deus, pater, & bonum, & mundus, & homo. Et mundum Deus habet, hominem vero mundus. & mundus filius Dei, est homo vero mundi, ut progenies. Non enim ignorat hominem Deus, sed valde cognoscit, & vult cognosci. Hoc solum salutare est homini, cognitio Dei. Hic in Olympum est accensus. Hac sola, anima fit bona, & non aliquando bona, aliquando mala fit, sed per necessitatem fit. Quomodo hoc dicis, o Trismegiste? Pueri animam considera, o fili dissolutionem sui nunquam recipientem, corpore ipsius exiguo adhuc

& non omnino ad aucto. Quo modo? Pulchram quidem vbique aspectu, neque maculatam a corporis passionibus, adhuc fere pẽdentem a mundi anima. Quando vero in molem excrescet corpus, & traxerit eam in corporis moles, seipsam resolvẽs, ingenerat obliuionem, & boni & pulchri non est amplius particeps. Obliuio autem, nequitia est. Id ipsum accidit ijs qui corpus exuunt. Recurrens enim anima in se ipsam, contrahitur spiritus in sanguinem. Anima vero in spiritum. Mens autem purgata ab indumentis, diuina cum sit natura, corpus igneum sumens circuit omnẽ locum, relinquens animam iudicio, quod est ex dignitate. Quo modo id ais o pater? Mens ab anima separatur. Et anima a spiritu.

Nam tu dixisti, indumentum esse mentis quidem animam, animæ vero spiritum. Idem intelligere oportet audientem dicenti conspirare. & acutiorem habere auditum, dicentis voce. Compositio indumentorum horum, o fili, in corpore terreno fit. Impossibile enim est, mentem in terreno corpore nudam ipsam, se ipsam stabilire. Neque enim terrenum corpus possibile est tantam immortalitatem ferre, neque talem virtutem sustinere, conflatum sibi passibile corpus, sumpsit mens veluti septum, animã. Anima vero, & ipsa diuinum quid existens tamquã ministro utitur spiritu. Spiritus autem regit animal. Quando ergo mens terrenum corpus emigraverit propriam illico induit tunicã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

igneam, quam non potuit terreno corpori indere, terrra enim ignem non fert. Omnis enim comburitur & a parua ſcintilla. Ob id & aqua terræ eſt circumfuſa, ut propugnaculum, & murus oppoſitus ignis flammæ. Mens autem velociſsima omnium cogitationum. Et velocior omnibus elementis, habet corpus ignem. Nam Mens, cum opifex ſit omnium, inſtrumento ad öpificium igni utitur, Et Mens quidem vniuerſi, vniuerſorum. Humana vero, terrenorum tantum. Nuda enim igne cum ſit Mens terrena, impotens eſt divina condere, humana quia eſt miniſterio. Anima vero humana, non quidem omnis, ſed pia, dæmonia quædam eſt, & diuina, Et talis anima poſt diſceſſū a corpore,

pietatis agonem poſtquam certauerit, vel mens fit, vel Deus. Agon vere pietatis eſt cogonoſcere Deum. Et neminem hominum iniuria afficere. Hæc mens fit. Impia vero anima manet in propria eſſentia, ſe ipſam crucians. Et terrenum corp⁹ quærens, in quod ingrediatur, humanum. Aliud enim corpus non capit humanam animam. Neque enim fas eſt in bruti animalis corpus animam humanam cadere. Dei enim lex hæc eſt, ſeruare animam humanã, a tãta cõtumelia. Quo modo ergo punitur, humana anima o pater? & quę nã ẽ maior pœna humanæ animæ? Impietas o fili. Qualis nam ignis, tantam habet flammam, quantam impietas. Et qualis nam mordens fera, ita lædit corpus, quantum ipſam animam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

impietas; Vel non cernis, quanta mala patitur, anima impia? vocife. rans & clamans, vror, comburor; quid dicam, quid faciam nescio. Edor infelix, a malis circundata, neq; video misera, neque audio. Hæ voces o fili, cruciatæ sunt animæ. Non vt tu, & vulgus opinamini o fili. Quòd anima exiens e corpore, in brutum transeat. Quod est error maximus. anima n. cruciatur hoc modo Namque Mens, cum facta est dæmon, igneum corpus nancisci est ordinatum ad Dei ministeria. Et subiens in impiam animã flagellat ipsam peccatorum flagellis. A quibus flagellata impia anima, sese vertit ad homicidia, ad injurias ad blasphemias, & violentias varias, & alia per quæ homines iniuria afficiuntur. In piã vero animã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Mens ingressa ducit eam ad cognitionis lumen. Talis vero anima, nūquam satia fit, laudare, & benedicere omnes homines, & sermonibus, & factis omnino benefaciens, imitans eius patrem. Ideo o fili, gratias agentes Deo oportet precari, vt bonam sortiamur mentem. In præstantiorem quidem animam transit. in minus vero impossibile. Communicatio vero est animarum. Et communicant animæ Deorum, cum humanis Humanæ vero animabus brutorum. Curam vero gerūnt prestantiores minorū, Dei quidē hominum, homines vero brutorū animaliū De⁹ vero ōniū Nam ipse ōnib⁹ est maior. oīa vero ipso sūt minora. Mūd⁹ quidē subiacet ipsi Deo, homo vero mūdo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Bruta autem homini. Deus vero ſupra omnia, & circa omnia. Et Dei quidem radij ſunt energiæ. Mundi vero radij ſunt naturæ. Hominis vero artes, & ſcientiæ Et energiæ quidem per mundum agunt,&in hominem, per mūdum phyſicos radios. Naturæ vero per elementa. Homines autem per artes & ſcientias. Et hoc eſt vniuerſi regimen, pendens ab vnius natura, & penetrans vſque ad vnam mentem, qua nihil eſt diuinius, & efficacius, & vniens magis, homines quidem ad Deos. Deos vero ad homines, inter quos eſt communicatio. Hic eſt bonus Dæmon, Fœlix anima, quæ eo plena. eſt Infœlix vero,quæ eo eſt vacua. Quomodo hoc rurſus dicis o pater? Scias ergo o fili, quod omnis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

anima mentem habet bonam, De hac enim est præsens sermo, non de ministro, de quo ante diximus quæ mittitur a iudicio. Anima namque sine mente, neque quid dicere, nec quid facere potest. Sæpe enim euolat mens ex anima, & in illa hora, neque cernit anima, neque audit, sed bruto animali est similis. Tanta est potẽtia mentis Sed neq; inertẽ animã sustinet Sed relinquit talẽ, animam, corpori annxeam, & ab eo tractam deorsum. Talis autem anima o fili, mentem non habet Vnde neque hominem oportet dicere, eum qui talis est. Homo enim divinum animal est, neque cum brutis animalibus comparatur, eorum quæ in terra sunt. Sed ijs qui sursum in cœlo dicũtur.

Dij. vel potius ſi debet audentius dici verum: etiam ſuperior illis eſt, qui vere eſt homo. vel omnino æquipollent ſibi inuicem. Nemo. n. cœleſtiũ in terram deſcẽdet, terminos cœli relinquens. Homo vero etiam in cœlum aſcẽdit, & illud metitur Et nouit, quæ nam eius ſunt ſublimia & quæ infera. Et omnia alia exacte diſcit, & quod omnium maius eſt, neq; terram relinquens, ſurſum fit. Tanta eſt eius magnitudo naturæ. Ideo audendum dicere. Hominem quidem terrenum eſſe Deum mortalem. Cæleſtem autem Deum, immortalem hominem. Quare per hæc duo omnia reguntur, mundum, & hominem. Ab vno vero omnia.

FINIS.

Quando

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

SCHOLION.

1 *Quando loco ait, Animam hunanam post discessum a corpore fieri mentem. & Deum. intellige per participationem,*

2 *Et quando dicit, animam fieri Dæmonem, id est, angelos & substantias separatas quæ sunt sapientes, intelligatur, ad similitudinem spirituum beatorum. Iuxta illud Christi dictum, sederunt sicut angeli Dei.*

HERMETIS TRISMEGISTI, AD FILIVM suum Tatium.

QVOD IMMANIFEstus Deus, manifestissimus est.

LIBER V.

HVnc quoque sermonem tibi o Tati percurram, ut non sis imperitus prĕstãtioris Dei nominis. Tu vero mente contẽplare, quo modo id quod vulgo non manifestum videtur, manifestissimum tibi fiat. Non enim esset, si immanifestus

esset

esset. Omne .n. quod apparet generabile est. Apparuit nāq;. Quod vero immanifestū ē, sēper ē. Apparere enim opus nō habet. Semper.n. est & alia ōnia manifesta facit, ipse immanifestus remanens, cum semper sit. Manifestans ipse non manifestatur, non ipse generatus in apparentia, tum omnia manifestans. Apparentia namque solum generatorum est. Nihil enim apparitio est, quàm generatio. Vnus vero ingenius nimirum, & non apparēs & immanifestus, omnia autem manifestans per omnia apparet, & in omnibus. & maxime iis quibus voluerit apparere. Tu ergo o Tati fili, præcare prius domino, & patri, & soli, & uni, a quo unus, propitius sit tibi ut possis tantum Deum intelligere, etiam radium unum eius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tuæ menti colluceat. Intelligetia enim ſola cernit immanifeſtum. quia & ipſa immanifeſta eſt. Si potes mentis oculis apparebit, o Tati. Carens enim inuidia dominus apparet per omnium mundum. Intelligentiam videre, & præhendere potes ipſis manibus, & imaginem Dei ſpectare. Si vero quod in te, immanifeſtum eſt tibi, quomodo te ipſum in te ipſo per oculos facies manifeſtum. Si vero ipſũ vis videre, cogita ſolem, cogita lunæ curſum, cogita aſtrorum ordinem. Quis eſt ordinis ſeruator, Ordo .n. omnis terminatur numero, & loco. Sol maximus qui in cœlo ſunt deorum, cui omnes cedunt cœleſtes dij tanquam regi, & dynaſtæ, & is tantus, & maior terra, & mari, ſuſtinet ſupra ſe habere, ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ipſo minores, ſtellas circumeuntes. quem nam uenerans? aut quem timens, o fili. ſingula enim hæc aſtra non ſimilem, aut æqualem curſum faciunt in cœlo. Quis eſt qui cuique modum, & magnitudinem curſus terminat. Vrſa hæc, quæ circa ſe voluitur, & vniuerſum mundum ſecum circunferens, quis eſt, qui ei fabrefecit inſtrumentum; Quis eſt qui mari terminos circumpoſuit? Quis eſt qui terram ſtabiliit; Eſt enim aliquis o Tati, qui horum omnium eſt factor, & dominus, Impoſſibile enim eſt, vel locum, vel numerum, vel menſuram ſeruari, abſque factore. Omnis enim ordo, carentia loci & menſuræ, inefficax. Sed domino non caret ipſe, o fili. Nam ſi quod inordinatum eſt, indigum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

est quando id tenet sensus, est intercisus, hoc ipsum, modus ordinis est. Et sub domino est qui nondum ipsi ordinem ordinauit. Vtinam possibile tibi esset, alis sumptis volare in aerem. Et cum medius esses sublatus inter terram & cœlum, uidere posses, terræ soliditatem, maris vero fusionem. Fluuiorum vero fluxus, aeris laxitatem. Ignis velocitatem, astrorum cursum, cœli uelocitatem, qua hæc circuit; O spectaculum fili, fortunatissimum, sub vno intuitu, hæc omnia intueri. Cum scilicet qui immobilis est, commotũ cernes. Et qui immanifestus erat, im manifestum Si vis opificem etiam per mortalia, ea quæ in terra, & in profundo sunt intueri, cogita o fili, hominis in utero

 fabri-

fabricam. Et opificis exacte artificium expende. Et dice quisnam artifex, pulchram hanc & diuinam hominis imaginem condat, Quis nam sit qui oculos circumscribat. Quis nares, & aures perforauerit? Quis os aperuerit? Quis neruos extenderit & colligauerit? Quis nam uenas in canales efformauerit? Quis ossa indurauerit? Quis carni cutem circundederit? Quis digitos, & arciculos distinxerit? Quis pedibus basim dilatauerit? Quis poros cauauerit? Quis splenem extenderit? Quis cor in Pyramidem formauerit? Quis hepar latum fecerit? Quis pulmonem perforauerit? Quis ventrem capacem fecerit? Quis honorabilia palam figurauerit, & turpia abscondderit? vide quot artes in vna

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

materia. Et quot opera in vna circumſcriptione. Et omnia perpulchra Et omnia menſurata. Omnia tamen differentia. Quis hæc omnia effecit? Quæ mater? Qui pater? niſi ſolus immanifeſtus Deus? ſua voluntate omnia condens. Et ſtatuam quidem vel imaginem abſque ſtatuario, aut pictore nemo dicit eſſe facta. Hoc vero opificium, ſine opifice factum ne eſt? O multã cœcitatem. O multam impietatem. O multam ignorãtiã. Nũquã o fili Tati, priuaueris opifice opificia. Potius, & preſtantius eſt, quantus iuxta Deum eſt nomine, tantus eſt omnium pater. Vel enim ſolus hic: & hoc opus eius eſt, patrem eſſe. Si vero quid etiam audacius cogas me dicere, huius eſſentia eſt graui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dum esse omnibus, & ea facere. Et sicuti absque factore, impossibile est fieri aliquid. sic & hunc, semper nō esse nisi oia faciētē; in cœlo, in aere, in terra, In profundo, in vniuerso mundo, in omni vniuersi parte, enti, & non enti. Nihil enim est in vniuerso mundo, quod non sit ipse. Est ipse ētia & nō ētia. Entia quidē manifestauit: non entia vero habet in seipso. Iste Deus, nomine præstantior est. Hic immanifestus est, hic manifestissimus. Qui mente est contemplabilis, iste oculis est visibilis. Hic incorporeus, & multicorporus. Magis vero omnis corporis nihil est, iste quod non sit. Omnia enim iste est. Et ob hoc ipse nomina habet omnia, Quia vnus, est pater. Et ob hoc in se nomen non habet, quoniam omnium est pater. Quis

igitur te, de te, aut ad te, benedicere queat; Quonam respiciens laudabo te; sursum deorsum, intra, extra? Non.n. modus, non locus est circa te. Neque aliud entium quicquam, Omnia vero in te: omnia a te Omnia das, & nihil accipis, Omnia enim habes, & nihil quod non habes. Quando vero o Pater, te laudabo? Neque enim horam tuam, neque tempus comprehendere est possibile. De quo, etiam te laudabo? De iis ne, quæ fecisti? vel de iis quæ manifestasti; vel de iis quæ abscondisti: Sed cur nam te laudabo? Tamquam ne mei sim? tamquã habens quid propriũ? vel vt alius sum; Tu enim es, quod sum. Tu es, quod facio. Tu es quod dico, Tu enim omnia es neq; quicquã aliud est quod non sis tu.

Tu es. Tu omne quod gignitur. Tu
ōne quod nō generatur. Mens qui-
dem intelligens. Pater vero effi-
ciens. Deus vero operans. Bonus
autem omnia faciens. Materiæ
namque tenuiſſiima pars, aer eſt.
Aeris vero anima. Animæ
autem mens. Mentis
autem Deus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISMEGISTI.

QVOD IN SOLO DEO *Bonum.*

LIBER VI.

BOnum o Asclepi, in nullo est nisi in solo Deo. Potius vero, bonum est ipse Deus, semper. Quod si sic, essentiam oportet esse omni motu, & generatione carentem. Vacuum autem nihil est ipso, aut ab eo desertum. Circa vero se ipsã firmam energiam habens, non indigam, & plenissimam, & largitri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cem. Vnum autem principium eſt omnium. Omne enim largiens bonum, quando dico, & omnino & ſemper bonum eſt. Hoc vero nulli alij adeſt niſi ſoli Deo. Neque enim indigus eſt vllius rei, vt concupiſcat ipſam acquirere. Entium nullum abijcitur ab ipſo, quod amittens doleat. Dolor enim malitiæ eſt pars. Neque potentius ipſo quicquam eſt, a quo oppugnetur. Neque coniuge eſt ipſi, atque ob id ipſum amet. Neque inauditum, cui iraſcatur. Neque ſapientius, cui æmuletur. Hæc autem cum non ſint in eſſentia eius, quid relinquitur, niſi ſolum bonum. Sicut enim nullum malorum in tali eſt eſſentia, ſic in nullo alio bonum reperietur. In omnib' enim alia omnia ſunt, & in paruis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& in magnis, & in singulis, & in hoc animali omnibus maiore, & potentissimo. Passionum enim plena sunt genita, quia ipsa generatio, passio quædam est. Vbi vero passio, nullo modo bonum, Vbi vero bonum, nullo modo vel vna est passio. Vbi namque dies, nullibi nox, Vbi vero nox, nullibi dies. Vnde impossibile est in generatione esse bonum. Sed in solo ingenito. Sicut vero participatio omnium est in materia, illigata sic & boni. Hoc modo mundus bonus, prout & ipse omnia facit. & in parte faciendi bonus est. Et in aliis omnibus non bonus. Etenim passibilis est, & mobilis. & passibilium factor. In hõine vero per cõparationẽ mali, bonũ ordinatur. nã quod nõ valde malũ est hic bonũ ẽ. Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vero hic bonum eſt particula ma-
li eſt minima. Impoſſibile ergo
eſt bonum hic, purum eſſe a ma-
litia, Nam hic maleſcit bonum.
malum autem factum, non amplius
bonum manet. Non manens au-
tem, malum fit. In ſolo ergo Deo,
bonum eſt. Vel eſt Deus, ipſum
bonum. Solum ergo o Aſclepi
nomen boni in hominibus eſt, res
autem ipſa, nullibi, Impoſſibile
namque. Non enim id capit cor-
pus materiale, vndiqne conſtri-
ctum malicia, & laboribus, & do-
loribus, & cupiditatibus, & ira,
& erroribus, & opinionibus amen-
tibus. Et quod omnium peſſimum
eſt o Aſclepi quod ſingula præ-
dicta, credita ſunt hic, maximum
eſſe bonum, quod ſupremum eſt
malum ventris illuuies. Et malo-

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

rum omnium largitor, error, absentia boni hic est. Et ego gratias habeo Deo, qui mihi in mentem iniecit, boni cognitionem, quod impossibile sit ipsum, in mundo esse. Mundus. enim plenitudo est malitiæ, Deus vero plenitudo est boni vel bonum, Dei. Nam pulchri excellentiæ circa ipsam sunt essentiam, & puriores, & sinceriores. Et forte ipsæ essentiæ illius. Audendum enim est dicere, o Asclepi, quòd essentia Dei, si tamen essentiam habet, pulchrum est. Pulchrum autem etiam bonum est. Bonum autẽ nullum comprehenditur in mundo. Omnia namque oculis subiecta, idola sunt, & veluti vmbræ. Quæ vero non subiacent, maxime boni, & pulchri est essentia. Et sicut oculus non potest

bonum

bonum, Hæc enim partes Dei ſunt integræ, propriæ ipſius ſolius familiares, inſeparabiles, amabiliſsimæ. Quas vel Deus amat vel ipſæ amant Deum. Si potes intelligere Deum, intelliges pulchrum, & bonum fulgentiſsimum, radiantiſsimumque a Deo. Illa enim pulchritudo incomparabilis, & illud bonum inimitabile; ſicuti & ipſe Deus. Vt ergo Deum intelligis, ſic & pulchrum, & bonum intellige. Incommunicabilia enim ſunt alijs animalibus, eò quòd, inſeparabilia ſunt a Deo. Si de Deo quæris, etiam de pulchro quæris. Vna .n. eſt, ad ipſum ferens via, pietas cum cognitione. Vnde ignorantes, & qui pietatis viam non ſunt ingreſſi, pulchrum, & bonum audent dicere hominem, ne

in ſomnio quidem quid bonum ſit viderunt. Sed omni malo impliciti prius, & quod malum eſt, credentes bonum eſſe, ita illo utuntur inſatiabiliter. timentes eo priuari. Et omnẽ ſuſpiciunt laborem, ut non ſolum habeant, ſed etiam augeant. Talia ſunt humana bona, & pulchra o Aſclepi. Quę neq; fugere poſſumus, neque odiſſe. Nam quod omnium eſt aſperrimum, eſt quòd ipſis opus habemus, & vivere ſine his non poſſumus

SCHOLION.

Quando ait. Et eſſentiam Dei. ſi tamen eſſentiã habet. Quod alibi etiam repetit dubitanter. Non eſt dubitandum, Deum eſſe eſſentiam,

HERMETIS TRISMEGISTI, AD FILIVM suum Tatium.

IN MONTE SERMO *Reconditus, De Regeneratione, & silentij professione.*

LIBER VII.

IN communibus, o pater, ęnigmatice, & non luculenter disseruisti de Deitate, & non reuelasti. dicens neminē seruari posse, ante regenerarionē. Cūq; supplex tibi essē in montis ascensu, postquā mecum es locutus, & cuperem ser-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

monē de regeneratione, addiſcere quoniā præter ōnes hūc ſolū ignoro : dixiſti, quādo a mundo alien' fueris mihi tradere, præparaui me, & mentem meam alienam feci, a mundi deceptione. Tu vero, mihi, etiam defectus ſupple, ijs quibus dixiſti regenerationem mihi tradere, vel voce, vel clam expone Ignoro Triſmegiſte, ex quali materia, & vtero, homo eſt generatus, aut a quo ſemine. O fili ſapientia intellectualis in ſilentio, & ſemen verax bonum. Quo ſeminante, o pater? vniuerſum enim hoc dubinm habeo. Voluntate Dei, o fili. At cuiàs is qui genitus eſt, o pater? Nam expers eius eſſentiæ quæ in me eſt, & intelligibilis. Alius eſt genitus D E V S, DEI filius. Omne in omni ex omnibus

viribus costitutus. Aenigma mihi dicis o pater. & non, vt pater filio loqueris. Gen⁹ hoc, o fili, non docetur, sed a Deo quando voluerit, in recordationem mittitur. Impossibilia mihi dicis o pater, & violenta. Vnde recte ad hæc contradicere volo. Alienus filius natus sum paterni generis? Ne mihi inuideas o pater. Germanus filius tibi sum. Explica mihi regenerationis modum. Quid dicam, o fili non habeo dicere, præter hoc. Cerno in me non fictum spectaculum, factum ex miseratione Dei. & ex me exiÿ in immortale corpus. Et nunc sum, qui non eram prius. Sed natus sum in mente. Res hæc non docetur. Neque ficto hoc elemento est videre. & propter, quod, neglectum mihi est, prima

composita forma. Non quod separatus sim, & tactum habeo, & mensuram? alienus tamen ab his sum nunc (Cernis me o fili oculis. Quando vero deprehendis obnixus corpore. & visu, non oculis his conspicior o fili.) In furorem, me non paruum & œstrum animi iniecisti o pater. Me ipsum enim non cerno Vtinā o fili. & tu à te ipso exeas sine somno, instar eorū qui in somno somniant. Dic mihi & hoc, quis nā generator regenerationis est? Deí filius, homo vnus, voluntate Dei. Nunc reliquū o pater, in silentiū me reiicis: a priorib' cogitationibus relictus. Magnitudinē cerno imarū rerū. o pater, charactere & in eo falsa. Mortaliū namq; forma in dies mutatur tēpore .n. vertitur in augmentū &

tionem, utpote falsa. Quid ergo verum est o Trismegiste: Idque non turbatur, o fili quod non terminatur, incolorum, infiguratum, immutabile, nudum, splendens, quod sibi est comprehensibile, inalterabile, incorporeum. Vere in furorem agor, o pater. Nam cum viderer a te sapiens effectus, obstructi sunt sensus mei hac cogitatione. Ita se habet, o fili. Quod sursum ferur, ut ignis, quod deorsum ut terra, & humidum ut aqua, & perflabile ut aer, quo modo sẽsibiliter ipsum intelliges, quod non durum, quod non humidum, quod non contingitur, quod non permaneat, quod sola potentia & actu intelligitur. Indigus & mente sum, quæ sola potest intelligere eam generationem quæ in Deo est. Impo-

tens ergo ſum o pater. Ne id fiat, o fili attrahe in te ipſum,& veniet. Velis & fiet. otioſus redde corporis ſenſus, & erit generatio Deitatis. Purga te ipſum a brutis materiæ vindicibus. Num vindices in me ipſe habeo,o pater? Non paucos o fili; ſed & formidabiles & multos. Ignoro o pater. Hæc una o fili ultrix ignorantia eſt. Secunda dolor. Tertia intemperantia. Quarta concupiſcentia. Quinta iniuſtitia. Sexta auaritia. Septima deceptio. Octaua inuidia. Nona, dolus. Decima, ira. Vndecima temeritas. Duodecima, malitia. Sunt vero & hæ numero duodecim. Sub his vero plures aliæ, o fili. Quæ per corporis carcerem ſenſibiliter pati cogunt internum hominem. Diſcedunt vero hæ, non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

illico ab eo cuius miserescit Deus. Atque ita conficitur, regenerationis & modus, & ratio. Cæterum o fili, sile, ac bene ominare. Ob hoc non cessabit a nobis Dei misericordia. Lætare itaque o fili, purgatus Dei viribus ad dearticulationem sermonis. Venit nobis cognitio Dei. Hæc vero, accedente, o fili proiecta est ignorantia. Venit nobis cognitio gaudij. Hac autem adueniente mœror fugiet in eos, qui eius sunt capaces. Potentiã voco ad gaudium. Temperantiam, cuius virtus est suauissima. Assumamus eam o fili, alacriter. ut eius aduentu expulit intemperantiam? Quartam nunc voco, continentiam, eam quæ contra concupiscentiam est virtus. Gratus hic, o fili, iustitiæ est sedimentum Nam labore nullo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

aſpice vt expulerit iniuſtitiã. Iuſtificati ſumũ o fili, iniuſtitia abſente. Sextam virtutem voco in nos, quæ contra auaritiam eſt, communicationem. Ea recedente, adhuc voco veritatem, & fugit error, & veritas aduenit. Vide ut bonum adimpletum eſt o fili, acceſsu veritatis. Inuidia namque a nobis receſsit. Veritati vero etiam bonum adfuit ſimul cum vita & lumine. Et non amplius ſupervenit vlla tenebrarum vltrix, ſed victæ receſſerunt impetu. Cognoſti o fili regenerationis modũ decadis acceſſu o fili. Et compoſita eſt intellectualis generatlo. Et duodecimam expellit. Et contẽplatores generationis ſumũ effecti. Quiſquis ergo per miſericordiã adeptꝰ ẽ, generationẽ ſummũ Deũ, corporeũ ſẽſũ re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

linquens, ſe ipſum cognoſcit ex diuinis conſtitutum, & lætatur, ſtabilis a Deo factus. O pater, videor, mihi non viſione oculorum, ſed virtutum intelligibili actu, in cœlo eſſe, in terra, in mari, in aere. In animalibus eſſe, in ſtirpibus; in útero, ante uterum, poſt uterum, vbiq;. Sed adhuc hoc mihi dicas, quo modo vltrices tenebrarũ, cũ numero ſint duodecim. a decem viribus expelluntur? Quis hic modus o Triſmegiſte. Tabernaculum hoc o fili quod exiuimus, ex Zodiaco circulo eſt conſtitutum, ex duodecĩ numero, naturæ unius omniformis idea. Ad errorem hominis coniugationes in ipſis ſunt, o fili. vnitæ in operatione. Inſeparabilis eſt temeritas ab ira. Sunt autem etiam interminatæ. Iure itaque

ſecun

ſecundum rectam rationem, diſ-
ceſſum faciunt. vt potea decem
virtutibus propulſatę. hoc eſt a de-
cade. Decas enim o fili, eſt animæ
genitrix. Via vero & lux vnitę ibi
ſunt, vbi vnitatis numerus natus
eſt a ſpiritu. Vnitas ergo ſecundũ
rationem decadem habet, & De-
cas vnitatem Pater, vniuerſum
conſpicio, & me ipſum in men-
te. Iſta eſt regeneratio o fili, vt
non amplius imaginationem fi-
ges in corpus trine dimenſum, ob
ſermonem hunc, de regeneratio-
ne, quem commentario compre-
hendi vt ne õnino calumniemur in
vulgus, quod non vult Deus. Dic
mihi o pater, corpus hoc, ex po-
tentiis conſtitutum, ſolutionem
habebit vnquam? Bene ominare,
& impoſſibilia non loquaris. nam

pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

peccabis, & impius euadet mentis tuæ oculus. Sensibile naturæ corpus procul est ab essentiali generatione. Nam illud quidem est dissolubile, hoc vero indissolubile. Et illud mortale, hoc vero immortale. Ignoras quod deus natus sis, & unius filius, quod & ego. Vellem o pater, eam laudem, quam hymno dixisti cum ad octonarium ego essem, audire potentiarum. Sicuti octonario vaticinatus est Pœmander o fili, recte festinas soluere habitaculum. purificatus es etenim. Poemander authoris mens, non plura mihi tradidit, quàm ea sunt quæ scripsi Videns quod a me ipso potero omnia intelligere. Et iussit mihi ille ut facerem bona. Atque ideo omnes quæ in me sunt potentiæ canunt. Volo

pater

pater audire, & volo hæc intelligere, Quieſce o fili, & conuenientem nunc audi laudem. Hymnum regenerationis, què non iudicaui ita enunciare faciliter, niſi tu in fine totius. Vnde hoc non docetur: ſed abſconditur in ſilentio, ita ergo o fili ſtans ſub Dio ad auſtrum ventum reſpiciens, circa ſolis occaſum adora. Similiter & Oriente ad ſubſolanum. Quieſce igitur o fili.

SCHOLION.

Quando in hoc ait ad Tatum. Deus natus ſis & vnius filius Dei. Falſò id dicit, niſi intelligat per excellentiam, quatenus participat, aliquod Dei donum.

CAN

CANTIO ARCANA
SERMO SACER.

OMnis mundi natura excipiat hymni auditionē. Aperiatur terra. Aperiatur mihi omnis vestis pluuiæ. Arbores ne tremite. Celebraturus ſum hymno creationis dominum, & vniuerſum, & unum. Aperiamini cœli, venti ſiſtimini. Circulus immortalis Dei ſuſpiciat ſermonem meum. Sum enim celebratur' eũ qui condidit oĩa, qui terram fixit, & cœlum ſuſpendit. Et iuſsit ex Oceano dulcem aquam in orbem terræ habitabilis, &

& in habitabilis , exire ad nutritionem & poſseſsionem omnium hominum. Qui iuſsit ignem lucere ad omnem actionem Dijs atque hominibus, Demus omnes ipſi laudem , qui ſuper cœlis eſt ſublimis. Qui totius naturæ eſt conditor, iſte eſt mentis oculus, & ſuſcipiet potentiarum mearum laudem. Potentiæ, quæ in me eſtis, laudate, vnum, & vniuerſum concinnite voluntati meæ omnes quæ in me eſtis potentiæ. Cogitatio ſancta , illuminatus a te. per te intelligibile lumen laudans, lætor in mentis gaudio. omnes potentiæ laudate mecum , & tu mea continentia celebra, iuſtitia mea, iuſtum cane per me. Communio quæ in me es uniuerſum celebra. Per me cane veritas veritatem.

Bonum

Bonum, cane bonum. O vita, ò lux, a vobis in nos transit celebratio. Gratias tibi ago ò pater actus potẽtiarum. Gratias habeo tibi Deus potentia actionum mearum. Tuum verbum per me laudat te, Per me ò vniuersum, suscipe, sermone, verbale sacrificium. Hæc vociferantur potentiæ quæ in me sunt, te vniuersum laudant, tuam voluntatem peragunt, tuum consilium a te, ad te, ò vniuersum Suscipe ab omnibus verbale sacrificium Vniuersum quod in nobis, serua vita. Illustra lux Spiritus Deus. Verbum enim tuum pascit mens. Spiritifere conditor. Tu es Deus. Tuus homo hæc clamat per ignẽ, per aerem, per terram, per aquam, per spiritum, per opificia tua. Ab æone laudẽ inveni. Et quod quæro

tuo consilio acquiesco. Scio voluntate tua, laudem hanc dici, o pater. Reposui, & in mundo meo. In intelligibili dic, fili. In intelligibili o fili, potens sum. Ex tuo vero hymno. & tua laude illuminata est mens mea. Amplius volo & ego, emittere ex propria cogitatione laudem Deo. O fili, non incaute. In mente, o pater, quæ cerno, dico tibi o genarcha generationis Tatus. Deo mitto verbalia sacrificia Deus, tu pater, tu Dominus tu mens. Suscipe verbalia sacrificia, quæ vis a me, Te .n. volente omnia peraguntur. Tu o fili mitte sceptibile sacrificium omnium, patri Deo. Sed & adde o fili per sermonem. Gratias tibi pater habeo, qui me hæc prçcari es præcatus Lætor fili fructũ te cœpisse ex veritate, bona quę im mortalia sunt ger-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Hoc, diſcens a me, virtutis, ſilen-
tium indicito, nemini, fili, reue-
lans, regenerationis traditionem,
ut ne calumniatores iudicemur.
Sufficienter namque quiſque no-
ſtrum eſt meditatus. Ego quidem
loquens, tu vero audiens. Intelle-
ctualiter cognoſti te ipſum,
& patrem noſtrum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISMEGISTI.

QVOD MAXIMVM *malum in hominibus est. Dei ignoratio.*

LIBER VIII.

QVo ferimini o homines, ebrij, ignorantiæ mero epoto? quod neque ferre potestis, nisi ipsum euomatis. Estote sobrij, visum oculorum cordis resumite. Et si non omnes potestis, saltem hi qui possunt. Ignorantia namque prauitatis, inundat omnem terram. Et secum corrumpit animam in cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

pore clausam. non permittens eam in salutis appellere portus. Ne igitur deferamini cum multo fluxu. Sed recursu vsi, qui potestis, salutis portum apprehendere, ei vos vincite. & quærite qui vos manuducat in viam, qua ad cognitionis ianuam perueniatis. Vbi splendidum lumen, purum a tenebris. Vbi nemo inebriatur, sed omnes sobrij sunt, corde respicientes in eum qui conspici vult. Non enim est audibilis, neque dicibilis, neque visibilis oculis sed mente & corde. primo quidem oportet te perrumpere, quem fers amictum, ignorantię contextum, nequiciæ firmamentum, corruptionis vinculum, tenebrosam sæpem viuam mortem, sentiens cadauer, circumlatum sepulchrum? dome-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſticum furem, eum qui, per quæ amat, odit. Et per quæ, odit inuidet. Talis eſt quem induiſti amictus, trahens te deorſum ad ſe. Vt ne reſpiciẽs videas pulchritudinem veritatis, & quod ibi habitat bonum. Et odio habeas eius nequitiam. Intelligens illius inſidias, quibus eſt tibi inſidiatus, quæ videntur & creduntur ſenſiteria, inſenſata efficiens, multa materia, illa obturans, & abominabili Voluptate replens, vt neque audias, quæ audire te oportet, neque cernas quæ cernere te oportuit.

FINIS.

HERMETIS TRIS-MEGISTI, AD Asclepium.

SERMO VNI-uersalis.

LIBER IX.

OMne quod mouetur o Asclepi, in aliquo mouetur, & ab aliquo? Maxime. Nonne necessarium est, maius esse id in quo mouetur, quam quod mouetur? Necessarium. Validius ergo mouens est, quam motum. Validius. Contrariã ergo naturã habere estnecesse

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

in id quo mouetur. Omnino. Magnus ergo hic mundus, quo, maius corpus non eſt? Confeſsum, id eſt. & ſolidus. Repletus enim eſt alijs corporibus multis ac magnis. Vel potius omnibus, quæcumque corpora ſunt? Ita ſe habet. Corpus vero eſt mundus, & corpus motum? Maxime. Quantum ergo locum oportet eſſe in quo mouetur? & quam nam naturam, nonne multo maiorem? vt poſsit capere lationis continuitatem, ne id quod mouetur preſſum ſoliditate ſua ſiſtat motum? Permagnũ quid o Triſmegiſte. Sed cuiusnam naturæ? Contrariæ o Aſclepi. Corpori autem contraria natura eſt incorporeum? Confeſſum. Incorporeus ergo eſt locus. Incorporeum autem vel divinum eſt, vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

DEVS. Diuinum autē dico nunc, non genitum, ſed ingenitum. Si ergo ſit diuinum, eſſentia eſt. Si vero ſit Deus, ſuper eſſentiam eſt. Aliàs, & intelligibilis eſt iſte. Intelligibilis enim eſt primus Deus, non ſibi ipſi, ſed nobis. Intelligibile namque, intelligenti per ſenſum ſubſternitur. Deus ergo ſibi eſt intelligibilis. Non. n. aliud quid exiſtens ab eo quod intelligitur. nobis vero aliud quid ē, ideo à nobis intelligitur. Si vero intelligibilis locus, non eſt Deus, ſed locus. quod ſi & Deus, non vt locus, ſed vt actꝰ capax Omne aūt quod mouetur, nō in moto, ſed in ſtāte. Et mouēs ergo ſtat. Impoſsiblle. n. ei eſt ſimul moueri. Quomodo ergo o Triſmegiſte ea quæ hic ſunt, ſimul mouentur cum motis? Sphæras enim dixiſti errantes moueri

ab inerrante ſphæra. Non eſt hæc o Aſclepi commotio, ſed contramotio. Non enim ſimili modo mouentur, ſed contrario ſibi inuicem Contrarietas autem reſiſtentiam motus, ſtantem habet. Nam reſiſtentia, ſtatus lationis eſt. Ideo & errantes ſphæræ, contra cum moueantur ipſi inerranti, contrarietatem inter ſe ſtantem ipſam in ſe ipſa, habebit. Et aliter ſe habere impoſſibile eſt. Nam Arctos haſce, quas vides neq; occidere, neq; oriri, & circa idẽ reuolui, putasne vel moueri, vel ſtare? Moueri o Triſmegiſte. Motu quali? o Aſclepi. Eo qui circa idẽ ſẽper voluitur Et circulatio eſt, quæ circa idem, & motus circa idem eſt, a ſtatu contenta. Nam quod circa idẽ prohibet, id quod ſupra ipſũ ſi ſtat.

in id quod circum ipſum. Atque ita contraria, latio ſtat firma, a contrarietate ſemper fiirmata. Exemplum autem terrenum, oculis occurrens de hoc exponam. Terrena animalia, ut hominem dico, inſpice natantem. Nam lata aqua reſiſtentia pedum & manuum, ſtatio fit homini, ne ſimul cum aqua deferatur, neque mergatur. Clariſsimum exemplum dixiſti o Triſmegiſte. Omnis ergo motus in ſtatu, & a ſtatu mouetur. Motus ergo mundi, & cuiuſque animalis materialis, non ab ijs quæ extra mundum ſunt accidit ut fiat, ſed ab ijs quæ ſunt intra ad extra, ab anima aut ſpiritu, aut alio aliquo incorporeo. Corpus enim animatum non mouet, neque omnino corpus etiãſi ſit inanimū. Quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

modo hoc dicis o Triſmegiſte? Nonne, lingua, & lapides, & alia cuncta inanima corpora ſunt, quæ mouent. Nullo modo o Aſclepi. Nam quod intra corpus, mouet inanimatum, non corpus eſt, id quod utrumque mouet & ferentis corpus, & quod fertur. Quare inanimatum, non mouebit inanimatum. Sed animatum eſt quod mouet, quoniam mouet. Vides ergo grauari animam, quando duo corpora fert. Quòd ergo in aliquo mouētur, ea quæ mouentur, & ab aliquo, clarum eſt. In vacuo ne oportet moveri ea quæ mouentur, ò Triſmegiſte? Bene ominare ò Aſclepi. Nullum entium, uacuum eſt. Solum vero non ens vacuum eſt, & alienum ab exiſtentia. Ens vero nequiret eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ens, nisi plenum esset, existentiæ. Nam quod existit, vacuum fieri, nunquã est possibile. Nonne ergo vacua quędam sunt o Trismegrste, ut cadus vacuus? & dolium vacuũ? & puteus vacuus? & tortulcar, & reliqua his similia. O errorẽ multũ, o Asclepi. Plenissima & repletissima, putas vacua esse? Quo modo ais, o Trmegiste? Nonne corpus est aer? Corpus hoc, nonne per omnia permeat entia? & omnia penetrando, implet? Corpus vero id, non ex quatuor temperatum constat. Plena igitur sunt omnia ipso aere, quæ tu dicis esse uacua. Hæc ergo quæ tu ais esse vacua, nominare oportet caua non autem vacua. Existunt .n. & plena sunt aere & spiritu. Contradici non potest hic sermo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

o Trismegiſte. Locum ergo in quo vniuerſum mouetur, quidicemus? Incorporeum ò Aſclepi. Incorporeum igitur, quid eſt? Mens, & ratio, tota ex toto, ſeipſam comprehendens. Libera ab omni corpore, inerrabilis, inuiſibilis, impaſſibilis, a corpore. Ipſa in ſe ipſa manens, capax omnium & ſeruatrix entium Cuius veluti radij ſunt, ipſum bonum, ipſa veritas, ipſa archetypa lux archetypum animæ, DEVS. vero, quidnam eſt? Quod nihil horum exiſtit? exiſtens tamen, & his cauſa vt ſint & omnibus, & vnicuique entium. Nihil enim reliquit, quod non ens eſſet. Oĩa vero ſunt entia; quæ ex entibus fiunt, non aũt ex nõ entib⁹ Nã que non entia, naturã non habẽt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vt posſint eſſe. Et rurſus entia naturam non habent, vt numquā ſint. Quid ergo dicis, Deum eſſe aliquando? Deus, non eſt mens, ſed cauſa ut ſit mens. neque ſpiritus, ſed cauſa ut ſit ſpiritus. neque lux ſed cauſa ut ſit lux. Vnde duabus his appellationibus DEVM venerari oportet, quæ ſoli ipſi ſunt propriæ, & nulli alij. Neque enim alij eorum qui Dij dicuntur, neq; hominum, neque Dæmonum quiſquam poteſt, vel quadamtenus bonus eſſe, niſi ſolus DEVS. Et hoc ipſum eſt, & nihil aliud. Alia vero omnia, ſeparabilia ſunt a boni natura. Corpus enim & anima locum non habent, qui poſsit bonum capere. Tanta enim eſt boni magnitudo, quanta eſt exiſtentia entium omnium, & corporum, &

incor-

incorporeum, & ſenſibilum,& intelligibilium. Hoc ipſum bonum eſt, Deus ipſe. Ne ergo dixeris,aliud quid,vnquam, Deum, niſi ſolum bonum. Nam rurſus impius eſſes. Sermo ne quidem ab omnibus dicitur,bonum. Non intelligitur tamen ab omnibus, quid ſit. Sed per ignorationem,& Deos, & hominum quoſdam, bonos nominant. Cum nunquam vel poſsint eſſe, vel fieri. Dij quidem alij omnes, immortales, honorati ſunt Dei appellatione. Sed Deus bonum, non honore, ſed natura. Vna enim natura Dei, bonum ipſum. Et unum genus amborum. Ex quo genera omnia, Namque bonus, omnia largitus eſt & nihil accipiens. Deus igitur omnia dat & nihil accipit. Deus ergo bonum,

& bonum Deus. Altera autem appellatio est rursus, patris; ex eo quod factor sit omnium. Patris est enim facere. Quamobrem maxima in vita, & piissima cura est prudentibus, filiorum procreatio. Et maximum infortunium, & impietas, sine filiis aliquem ex hominibus excedere. Et pœnas iste dat post mortem dæmonibus. Punitio autem est hæc. Animam eius qui sine filiis est; in corpus condemnari; quod neque viri, neque mulieris naturam habet. Quod quidem maledictum est sub sole. Ergo ò Asclepi, nemini qui filijs careat congratuleris. Sed econtra, misereare infortunium, sciens qualis ipsum maneat pœna. Tot ac talia dicta tibi sunto, o Asclepi, ut præcognitio quædam uniuersorum naturæ.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISMEGISTI.

MENS AD HERMETEM.

LIBER X.

CONTINE ſermonem o Ter maxime Mercuri, & recordare eorum quæ ſunt dicta. Quod uero mihi ſuccurrit, dicere non tardabo. Cum multi multa, & hæc differentia de uniuerſo, & de Deo dixerint, ego verum non didici. Tu mihi o Domine hæc declara. Tibi enim ſoli credam horum declara-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tionem. Tunc Mens. Audi o fili, quo modo ſe habeat Deus & vniuerſum. Deus, æuum, mundus, tempus, generatio. Deus æuum facit, æuum vero mundum. Mundus autem tempus. Tempus vero generationẽ. Dei vero quaſi eſſentia eſt ipſum bonum, ipſum pulchrum, beatitudo, ſapientia. Aeonis vero identitas. Mundi autẽ ordo. Temporis vero mutatio. Generationis autem vita & mors. Actus vero Dei mens & anima. Aeonis vero permanentia, & immortalitas. Mũdi vero reſtitutio & eius deſtructio. Temporis autem accretio, & decretio. Generationis autem qualitas. Aeuum ergo in Deo. Mundus vero in ævo. Tempus autem in mundo. Generatio vero in tempore. Et æuum quidem ſtat circa

Deum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Deum. Mundus autem mouetur in æuo. Tempus autem terminatur in mundo. Generatio vero fit in tempore. Fons quidem omnium Deus, eſſentia vero æuũ Materia autem mundus. Potentia vero Dei, æuum. Opus vero æui, mundus; qui generatus eſt non aliquando, ſed ſemper generatio ab æuo. Ideo neque corrũpetur vmquam: æuum enim eſt incorruptibile. Neque perdetur quicquam eorum quæ in mundo ſunt, cum mundus ab æuo contineatur. Dei vero ſapientia, quænam eſt? ipſum bonum & pulchrum. & ipſa beatitudo, & omnis virtus, & æuum. Immortalitatem ergo, & permanentiam incidit æuum materiæ. Illius enim generatio, pendet ab æone,

ſicuti & æon ab ipſo Deo, Ge-
neratio enim, & tempus in cœlo
& in terra, ſunt duplicis naturæ.
In cœlo quidem immutabiles, &
incorruptibiles. in terra vero
mutabiles & corruptibiles. Et
æonis quidem anima, eſt Deus.
Mundi vero anima, æon. Terræ
vero anima cœlum. Et Deus qui-
dem in mente. Mens in anima.
Anima vero in materia. Omnia
per æonem. Vniuerſum autem
hoc corpus, in quo cuncta ſunt
corpora, plenum eſt anima. A
nima autem plena eſt Mente, &
Deo. Intra quidem ipſum replet.
extra vero circumplectitur, viui-
ficans vniuerſum. Extra quidem
hoc perfectum animal, ipſum
mundū. intra vero animalia cun-
cta. & ſurſū quidē in cœlo perma-

nens identitate deorsũ vero in terra generationem mutans. continet vero hunc mundũ æon, siue per necessitatem, siue per prouidentiam, siue per naturam Et si quid aliud putat, seu putabit aliquis, hoc ipsum est vniuersum, Deus operans. Operatio autem Dei potentia existit insuperabilis Cui, neque humana, neque diuina quispiam comparauerit. Ideo, ò Hermes, nunquam neque eorum quæ deorsum. neque sursum sunt, simile quid putes esse Deo, quandoquidem a veritate excideres, non enim simile quicquam dissimili, & soli vni. Neque alij cuiquam, putes potentiam suam cedere. Quis enim post ipsum, siue vitæ & immortalitatis, mutationis, qualitatis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quid enim ipſe aliud faciat? Non enim ocioſus eſt Deus, quando quidem cuncta forent ocioſa. Omnia namque plena Deo. Sed neque in mundo vllibi eſt ocium. Ocium enim nomen eſt vacuum & faciente, & eo quod fit. Omnia vero oportet fieri, & ſemper ſecundum loci naturam. Effector enim in omnibus eſt, & non in aliquo reſidens. Neque vnum quid faciens, ſed omnia. Nam cum ſit potentia, efficax & ſufficiens ad ea quæ facit, & quæ fiunt, ſub eo ſunt. Intuere vero per me mundum ſubiectum tuo aſpectui. Et pulchritudinem eius diligenter conſidera Corpus quidem immarceſſibile.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quo antiquius nihil, ſemper vigoroſum, & recens. In ſpice & ſuperpoſitos ſeptem mundos, ornatos ordine æterno, & curſu differenti æternitatem adimplentes. Et lumine omnia plena. ignem autem nullibi. Amicitia enim, & contemperatio contrariorum, & diſſimilium lumen eſt factũ illuſtratum a Dei actu, omnis boni genitoris, & omnis ordinis Principis, & Ducis ſeptem mundorum. Lunam vero illorum præcurſorem omnium, organum naturæ inferam materiam mutantem. Terram vero mediam vniuerſi, ſedimentum pulchri mundi ſtabilitam, educatricem, & nutricem terrenorum. Conſpice multitudinem quoque immortalium animalium

 quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quanta ſit, & mortalium. Mediam vero vtrorumque immortaliū, & mortaliū lunā circumeuntē Omnia vero plena animæ. Et omnia ab ipſa proprie mota, hæc quidem circa cœlum, illa vero circa terram. Neque dextra in ſiniſtra, neque ſiniſtra in dextera. neque ſupera in infera. neque infera ad ſupera. Et quòd hœc omnia genita ſint o amantiſſime Hermes, non amplius me indiges addiſcere. Etenim corpora ſunt; & animam habent, & mouentur. Hæc autem in vnum coire impoſſibile eſt ſine congregatore. Oportet enim aliquem eſſe hunc. Et talem omnino vnum Nam cum differentes, & multæ ſunt motiones, & corpora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

non ſimilia, & vna velocitate in omnibus ordinata impoſſibile eſt duos aut plures factores eſſe. Vnus enim in multis non ſeruatur ordo. Aemulatio vero illis multis ſequetur, erga præſtantiorem. Vnde & contentiones. Et ſi alius eſſet factor mutabilium animalium, & mortalium, concupiſcet etiam immortalia facere. Sicuti etiam factor immortalium, mortalia. Age vero, quod ſi & duo ſint, cum vna ſint. materia, penes quem nam ipſorum erogatio erit factionis? Et ſiquid apud vtrosque, penes quem maior pars? Sic vero cogita, quòd omne corpus viuat, ex materia, & anima conſiſtentiam habens, tam id quod immortale eſt,

quàm quod mortale, & irrationale. Omnia namque corpora viua, animata ſunt. Quæ vero non viuunt, materia tantum per ſe ipſam ſunt. Et anima ſimiliter per ſe ipſam factori accedens vitæ cauſa. Omnis aut qui vitæ cauſa eſt immortalium cauſa eſt. Quo modo ergo, & mortalia animalia alia ſunt a mortalibus. Quo modo, & immortalia, & immortalitatem efficiens, animalia non facit? Et quod quidem eſt aliquis horum factor, clarum Quod vero & vnus, manifeſtiſſimũ. Etenim vna anima, & vna vita, & vna materia. Quis vero hic? Quis nã autẽ alius, niſi vnus Deus; Nã cui nã alij conuenit animalia animata facere; niſi ipſi Deo? Vnu⁹

ergo Deus? Ridiculoſiſſimũ, fateris vnũ eſſe mundum, & ſolem vnũ, & lunam vnam, & Deitatem vnam: ipſum vero Deum quotum eſſe vis? Cuncta ergo vnus ipſe facit in multis. Sed quid magnum Deo, vitam & animam, & immortalitatem, & mutationem facere, cum tu tot res facias? Etenim & cernis, & loqueris, & audis, & odoras, & tangis, & ambulas, & intelligis, & ſpiras. Et non alius quidem eſt qui videt, alius qui audit, alius qui loquitur, & alius qui tangit, & alius qui olfacit, & alius qui ambulat, & alius qui intelligit, & alius qui reſpirat. Sed vnus qui hæc omnia. Sed neque poſſibile eſt, ſine Deo illa eſſe. Sicuti enim ſi ab his ocieris, non amplius a-

animal es, ſic ſi ab illis ocietur Deus, quod nefas eſt dicere, non amplius eſt Deus. Si enim demonſtratū eſt nihil, eſſe quanto magis Deus. Nam ſi quid eſt quod non faciat, ſi fas eſt dicere, imperfectus eſt. Si vero, neque ocioſus eſt, & perfectus, ergo omnia facit. Parumper mihi te præbe o Hermes. Facilius intelliges Dei opus eſſe vnum, vt omnia fiant, quæ fiunt, vel quæ ſemel facta ſunt, vel quæ futura ſunt. Eſt autem, o chariſſime, Vita· Hoc vero eſt, pulchrum, hoc eſt bonum, hoc eſt ipſe Deus. Si vero vis etiam opere id intelli gere, vide quid tibi accedat cum vis generare. Sed illi non eſt hoc ſimile. Ille .n. non afficitur voluptate. neque aliū habet ope-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ris consortem. Nam cum per se sit effector semper est in opere, ipse id, existens quod facit Nam si ab eo separetur, omnia corurere, omnia emori est necessarium, vt pote vita non existente. Sed si omnia viuunt. Et vna sit etiam vita, vnus etiam Deus. Et rursus, si omnia viuunt, & quę in cœlo sunt, & quæ in terra, vna vero per omnia vita, a Deo fiunt, & ipsa est Deus. A Deo igitur fiunt omnia. Vita vero vnio est mentis & animæ. Mors vero non est perditio eorum quæ coierunt, sed solutio vnionis. Est igitur imago Dei, æon. Aeonis vero mundus. Mundi vero Sol. Solis autē homo. Mutationē vero mortē dicunt esse, eò quod corpus quidem soluitur. vita vero in obscurum abit

Hoc ſermone o dilectiſſime mihi Hermes etiam mundum vt audis, dico mutari, eò quòd pars eius aliqua fiat quotidie inuiſilis, numquam tamen ſolui. Et hæ ſunt mundi paſſiones, vertigines & ocultationes. Et vertigo quidem eſt reuolutio; occultatio vero, eſt renouatio. Omniformis vero eſt mundus, non quidem formas extra ſe habens: ipſe tamen in ſè ipſo mutatur. Cum igitur Mundus omniformis, factus ſit: factor eius quid nam fuerit? Informis quidem non erit. Si vero & ipſe omniformis eſt, ſimilis erit mundo, ſed vnam habens formam quo ad hoc minor erit mundo? Quid ergo ipſũ eſſe dicimus? Ne in dubiũ, ſermonem iniciaũs. Nihil.n. dubium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

est, quod de Deo intelligitur. Vnam ergo habet ideam, quæ eius est propria. Quæ visum, quia est incorporea, non subit, sed omnes per corpora ostendit. Neque mireris, si quæ est incorporea idea. Est enim veluti ea, quæ est sermonis, & in scripturis, margines. Cernuntur namque valde sustolli. glabræ tamen natura, & æquales sunt prorsus. Percipe vero quod audacius dicitur, verius tamen. Sicuti enim homo, sine vita non potest viuere. Sic neque Deus potest viuere, nisi faciat bonum. Hoc .n. tamquam vita, & tamquam motio est Dei, mouere cuncta, & viuificare. Quædam vero eorũ quæ dicuntur, propriũ conceptũ habere debent, Quale autem dico percipe. Omnia sunt

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

in Deo, non vt in loco iacentia. Locus enim & corpus eſt, & immobilis, & iacentia motionem non habent, iacent enim aliter in incorporeo. aliter in phantaſia. Concipe, eum qui omnia continet, & percipe quod incorporei nihil eſt capacius, neque velocius, neque potentius. ipſum vero eſt capaciſſimum & velociſsimum, & potentiſſimũ Et ſic cogita a te ipſo, & præcipe tuæ animæ vt in Indiã vadat, & celerius tua iuſsione illic erit. Tranſire eã iube ad Oceanũ, & ibi rurſus cito erit, non vt quæ locum mutauerit in locũ, ſed quaſi ibi ex iſtat, iubeipſam, & in cœlũ euolate, neque alis egebit. Sed neque ei vllum eſt impedimentũ. Non ſolis ignis, non æther, non vertigo. neq; corpora aſtrorum aliorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Sed omnia proſcindens, aſcendet vſque ad poſtremum corpus Si vero volueris vniuerſum etiã perrũpere. Et ea quæ extra (ſi quid extra eſt) mundum ſunt, contemplari, licet tibi. Intuere quantam vim, quantam celeritatemhabes. Tu omnia hæc potes. Deus autem non poteſt ? Hoc ergo modo contemplare Deum, tamquam intellectiones omnes in ſe habere, mundum vniuerſum. Si ergo te ipſum non æquiparas Deo Deum intelligere nonpotes ? Simile enim ſimili intelligibile eſt. Augeas te immenſa magnitudine, ab omni corpore exiliens, & totum tempus ſuperans, æuum fias, & intelliges Deum. Nihil impoſſibile inte ipſo ſtabilens, te

ipſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ipſum putabis immortalem. Et omnia potens intelligere, omnē artē omnē ſcientiam, omnis animalis morē & omni altitudine altior fias, & omni profunditate depreſſior. Omnes ſenſus eorum quę facta ſunt, comprehende in te, ignis, aquæ, ſicci, humidi. Et ſimul vbique eſſe, in terra, in mari, in cœlo. non dum te natum eſſe; in vtero te eſſe, iuuenem, ſenem, obijſſe, ea quæ poſt obitum. & hec omnia ſimul intelliges, tempora, loca, res, qualitates, ſic poteris intelligere Deum. Si veroincluſeris tuam animam in corpore, & humilem eam feceris, & dixeris nihil intelligo, nihil poſſum, timeo mare. in cœlum ſcandere non poſſum, neſcio quis ſim; neſcio qui fiam, quid tibi cvm Deo,

Nihil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quis fiã, quid tibi cũ Deo Nihil.n. potes pulchrorũ,& bonorũ cũ corpus ames & ma lus ſis, intelligere. Nam ter malum eſt ignorare Deum. Noſſe vero, & velle, & ſperare, via eſt recta, propria boni, & plana & facilis, itineranti tibi vbique occurret, & vbique eam cernes etiã quando non exſpectas, vigilanti, dormienti, nauiganti, itineranti, noctu, interdiu, loquenti, tacentj. Nihil enim eſt quod non ſit imago Dei. Dein dicis, inuiſibilis eſt Deus. Bene ominare. Et quis eo manifeſtior? Ob hoc ipſum omnia fecit, vt per omnia eum cernas. Hoc eſt bonũ ipſius Dei. Hoc ſua virtus, vt ipſe cernatur per omnia. Nihil enim inuiſibile, neque eorum quæ incorporea ſunt. Intellectus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cernitur in intelligendo. Deus in faciendo. Hæc tibi in tantum palam facta sunt, o Trismegiste. Alia vero omnia similiter per te cogita, & non errabis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISMEGISTI.

DE MENTE COMmuni ad Tatium.

LIBER XI.

MEns o Tati, ex ipsa Dei essentia est, si quæ tamen est essen tia Dei. Et qualis quędam est? Iste solus exacte se ipsum nouit. Mens ergo non est recisa ab essentia Dei, sed vnita, sicuti solis lumen. Ista vero mens in hominibus quidem Deus est. Ideo quidam hominũ, diuini sunt Et ipsorum humanitas proxima

est Deitate. Etenim bonus dæmon, Deos quidem dixit homines immortales. Homines vero Deos mortales. In brutis vero, Mens est natura. Nam vbi anima, ibi mens quoque est, Sicuti & vbi vita ibi etiam anima est. In brutis autem, anima, vita est, vàcua mente. Mens. enim animarum est benefactrix hominum. Ducit eos in proprium bonum. Et brutis quidem, cuiusque naturæ cooperatur, hominum vero naturis contrafacit. Anima cum in corpus descendit, illico a dolore, & voluptate mala fit. Nam sicut corporis compositi fluores, fluunt dolor & voluptas, in quę anima ingressa mergitur. Quibuscumque ergo animabus Mens præsit, eis splendorē suū infundit

opponens ſeſe earũ præſumptis. Sicuti medicus bonus, dolore afficit corpus præcorreptũ morbo, vrens & ſecans. Eodem modo & mens animæ dolorem infert, extrahens eam è voluptate, a qua omnis morbus animæ fit. Morbus vero magnus animæ eſt, Atheos ſi ſit. Ex quo opinio ad omnia mala ſequitur, & ad bonum nullum. Ergo mens ſe ſe opponens ei, bonum acquirit animæ. ſicuti medicus corpori ſanitatem. Quotcunque vero animæ humanę non ſunt ſortitæ Mentem gubernatricem, idem patiuntur animis brutorum Cooperatrix enim eis facta. & remittens cupiditates, in quas feruntur impetu, appetitus ad irrationalitatem tendunt. Et ſicuti irrationalitas animalium, irrationa-

irascuntur, & irrationaliter concupiscunt, non cessant, neque satietatem habent malorum. iræ enim & concupiscentiæ irrationales mala sunt nimia. His vero tamquam vltorem, & redargutorem Deus præfecit Mentem. Hic o pater, sermo de fato, quem antea mihi enarrasti videtur destrui. Nam si fatale est huic mœchari, aut sacrilegium facere, aut aliud quid mali facere, punitur. qui tamen a necessitate fati id fecit. Fati enim cuncta opera, o fili. Et sine ipso nihil corporeorum est bonum, aut bonum, aut malum euenit. Fato quoque statutum est, si fecerit, pati. Et ob hoc facit, vt patiatur, quod patitur, quia hoc fecit. Sed nunc valeat sermo, de malo ac fato In alijs. n. de hi diximus

mus Nunc vero de Mente eſt nobis ſermo. Quid ſcilicet poſſit Mens & quomodo differens eſt in hominibus quidem talis, in brutis vero mutatus. Et rurſus in brutis quidem, non eſt benefica, ſed diſſimilis in omnibus, iracundiam & concupiſcentiam extinguens. Et horũ præclaros viros oportet cogitare: alios vero ratione carentes. Omnes vero homines, fato ſubiiciuntur, & generationi; & mutationi. Principium enim, & finis hæc ſunt fati. Et omnes homines patiuntur quidem fatalia. Sed ſelecti, quibus diximus Mentem eſſe ducem, non eodem modo cum alijs paciuntur. Sed malo liberi, cum mali non ſint, malum non patiuntur. Quo modo iterũ dicis o pater? Mœchus nonne eſt

Occiſor nonne malus? Sed ſelectus & præclarus o fili, non mœchatus patietur, ſed vt mœchatus. neque occiſor, ſed vt occiſor. Et qualitatem mutationis impoſſibile eſt effugere. Sicuti & generationis. Maliciam vero ei qui mente eſt præditus poſſibile eſt effugere. Ideo, a bono dæmone o fili, audiui ego ſemper dicente. Et ſi ſcriptis tradidiſſet, maxime genus humanum adiuuiſſet. Ille enim ſolus, o fili reuera, vt primogenitus Deus, omnia conſpiciens diuinos ſermones pronunciauit. Audiui aliquando eum dicentem. Quod vnum, omnia ſunt, & maxime intelligibilia, incorporea. Viuimus vero potentia, & actu, & æone. Ergo & Mens Deus eſt, qui etiam eius eſt anima. Hoc ve

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ro cum ita ſe habeat, nullum intel-
ligibile eſt dimenſum. Sicut ergo
poſſibile eſt mentem, principem
omnium, & quæ Dei anima eſt,
facere quæ vult. Tu vero intellige,
& hunc ſermonem attuli ad inter-
rogationem, quam me ante inter-
rogaſti. Dico autem de fato Men-
tis, ſi ſermones myſticos exacte ſu-
ſtuleris, o fili, inuenies quòd re ve-
ra omnibus dominatur mens, Dei
anima. & fato & legi, & omnibus
alijs. Et nihil ei impoſſibile, neque
eorum quæ fati ſunt. ſuperior er-
go humana anima, non negligat
quæ accidunt ſub fato eſſe. Sed
hæc hactenus dicta ſunto. Boni
dæmones hæc o pater, optima
ſunt. & diuine, & vere & vtiliter
dicta ſunt. Sed illud adhuc mihi
declara. Dicebas mentem in bru-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tis naturæ in ſtar agere. & cooperari eorum impetui. Impetus aũt brutorum vt puto, paſſiones ſunt. Quod ſi & mens cooperatur impetui, impetus vero ſunt paſſiones, mens ergo paſſio eſt, concolor paſſionibus. Euge o fili generoſe interrogas. juſtum ergo eſt me quoque reſpondere. Omnia o fili, quæ in corpore ſunt incorporea, paſsibilia ſunt, & proprie ipſæ ſunt paſsiones. Omne enim mouens, incorporeum eſt. Omne aut motum, corpus eſt & corpora mouentur a mente motus aũt paſsio eſt, patiuntur ergo ambo, & mouens & motum. illud vt princeps, hoc vero vt dominatum. Liberatu vero a corpore, liberatur & paſsione. Sed potius, o fili, nihi

est impaßibile. omnia vero sunt paßibilia. Differt vero paßio a paßibili. Nam illud quidem agit, hoc vero patitur. Corpora vero per se agunt. Vel enim immobilia sunt, vel mouentur. Vtrumuis aũt fuerit paßio est. Incorporea vero semper aguntur. Et obid paßibilia sunt. Non ergo te appellationes turbent. Nam actio & paßio idem sunt. Faustiore vero nomine vti, non est graue. Clarißime, o pater, sermonem reddidisti. Et illud vide o fili. quòd duo hæc homini Deus, præter omnia mortalia animalia donauit. Mentem, & sermonẽ, immortalitati, æqualia His vero si quis vtatur ad ea quæ oportet, nihil ab immortalib⁹ differet Poti⁹ etiã exiens è corpore ducetur ab ambobus, in Deorum ac beatorũ chorum. Alia ne ani

malia, ſermone non vtuntur o pater? Non, fili, ſed voce. Plurimum vero differt ſermo a voce. Nam ſermo communis eſt omnium hominum. Propria vero cuiuſque generis animalis vox eſt. Sed & hominum o pater ſingulorũ; ſecundũ quãque nationẽ differens eſt ſermo. Differens o fili. Vnus vero eſt homo ſic & oratio vna eſt. & interpretata, eadẽ inuenitur, & in Aegypto, & in Perſide, & in Græcia. Videris vero mihi o fili, ignorare virtutem & magnitudinem ſermonis. Nam beatus Deus, Bonus Dæmon. Animam quidem in corpore iuſſit eſſe. Mentem autem in anima, rationem vero in mente. Mentem vero in Deo. Deum vero horum patrem. Ratio ergo imago eſt mentis. Et mens Dei.

Corpus vero imago ideæ. Idea vero animæ. Eſt ergo materiæ tenuiſſimum, ipſe aer. Aeris vero anima, animæ vero mens. Mentis aũt Deus. Et Deus quidem circa omnia & per omnia, Mens vero circa animam, Anima vero circa aerem. Aer vero circa materiam. Neceſſitas vero, & prouidentia & natura, organa ſunt mundi, & ordinis materiæ. Et intelligibiliũ quidẽ ſingulũ eſt eſſentia, eſſentia vero ipſorũ eſt identitas. Corporum vero vniuerſi ſingulum, multa eſt. Nam corpora compoſita, cum identitatem habeant, & in ſe inuicem mutentur, ſemper identitatis incorruptionem ſeruant. In alijs vero omnibus compoſitis corporibus, numerus cuiuſque eſt Nam ſine numero conſtitutionem, aut compoſitionem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

aut dissoluteonem fieri est impossibile. Vnitates vero, numerũ & generant, & augent. Et rursus dissolutæ, in se ipsas veniunt. Et materia vna vniuersus aũt hic mũdus magnus Deus, & maioris imago, & vnitus illi, & seruans ordinẽ & voluntatẽ patris, plenidudo est vitæ. Et nihil est in eo, toto quoi circuitionis, neq; toti' neq; partiũ quod non viuat. Mortuũ .n. ne vnũ quidẽ, aut natũ est, aut est, neq; erit in mundo. Voluit .n. pater, animal ipsum esse, donec constat. Ideo, & Deum esse est necesse. Nam quomodo potest, o fili in Deo, in patris imagine, in vitæ plenitudine mortua esse. Nam mors, corruptio est, Corruptio aũt perditio. Quomodo ergo pars aliqua potest corrumpi, eius qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſt incorruptibilis. aut perire ali-
quid Dei? Non igitur intereunt o
pater, eo quæ in eo ſunt animalia,
cũ ſint eius partes? Bene ominare
o fili, erras in appellatione gene-
rati. Nihil .n. interit o fili, ſed vt
compoſita, corpora diſſoluuntur.
Diſſolutio aũt non eſt mors, ſed
tẽperamenti ſòlutio, Soluũtur aũt
nõ vt in nihilũ abeãt, ſed vt noua
fiãt. Tat. Sed quiſnã eſt vitę actus
nõne motus? Quid ergo in mun-
do immobile? Nihil o fili. Neque
terra immobilis tibi videtur o pa-
ter? Non fili. Sed multimobilis &
ſola ſtabilis. Quo .n. modo nõ ſit
ridiculũ, nutricem omniũ immo
bilẽ eſſe? quæ profert, & giggnit
omnia, Impoſſibile n. eſt ſine mo-
tu productorẽ aliquid produce
re. Ridiculã ſane rẽ interrogasti
An, quarta pars iners erit? Nihil-

.n. ali-

aliud, nomen immobile ſignificat, quàm ocium. Scito ergo o fili, in vniuerſum. Ens quod in mundo ſit, moueri, vel per diminutionem vel augmentum. Quod vero mouetur, etiam viuit. Omne aũt animal, non neceſſe eſt idem eſſe. Nam cum ſimul ſit vniuerſus mnndus, immutabilis eſt o fili Partes vero eius omnes mutabiles. Nihil vero corruptibile eſt, aut perit. Sed appellationes perturbant homines. Non enim generatio eſt vita, ſed ſenſus. neque mutatio interitus eſt ſed occultatio. His ita ſe habentibus. immortalia omnia, materia, vita, ſpiritus, anima, Mens. Vnde omne animal eſt conſtitutum. Omne ergo animal immortale. Omniũ vero maxime, homo, qui & Deum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſuscipit, & cum Deo conuerſatur
Cum hoc enim ſolo animali Deus
conuerſatur, noctu quidem per
ſomnia, inderdiu vero per ſymbo-
la. Et per omnia ipſi prædicit fu-
tura, per aues, per exta, per ſpi-
ritum, per quercum. Ideo profi-
tetur homo ſcire pręterita, & præ-
ſentia, & futura. Sed & illud vide
o fili quod ſingulum aliorum ani-
malium in vna mundi parte ince-
dit. Aquatilia in aqua, terreſtria
in terra, ſublimia in aere. homo
vero his omnibus vtitur, aqua,
terra, aere, igne. Cernit vero
etiam cœlum, & ipſum ſenſu tan-
git. Deus vero circa omnia, & per
omnia. Actio enim eſt, & poten-
tia. & non eſt difficile intelligere
Deum, o fili. Si vero vis & ipſum
contemplari. Aſpice neceſſitatem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tem eorum quæ apparent, & prouidentiam eorum quæ facta ſunt, & quæ fiunt. Aſpice materiam pleniſsimam vita. Tantuum Deum moueri, cum omnibus bonis, & pulchris, & Dijs, & dæmonibus, & hominibus. Sed hi o pater, omnes, actus ſunt omnino. Si ergo actus ſunt omnino, o fili, a quo nam aguntur, niſi a Deo? Vel ignoras, quòd ſicut mundi membra ſunt, cœlum, terra, aqua, & aer; eodem modo membra Dei ſunt vita, & immortalitas, & æon, & ſpiritus, & neceſſitas, & prouidentia, & natura, & anima, & mens Et horum omnium permanſio, & diſtributio eſt, id quod dicitur bonum. Neque eſt quicquam eorum quæ fiunt, vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quæ facta sunt, vbi non sit Deus. In materia ne, o pater? Materia o fili, seorsum a Deo est, ut ei aliqualem tribuas locum. Quid vero putas eam esse aceruum, nihil effectam? Si vero efficiatur, ab aliquo efficitur. Actus enim diximus esse partes Dei. A quo nam ergo, viuificantur cuncta animalia? A quo nam immortalitate donantur, immortalia? A quo nam mutantur mutabilia? Siue .n. materiã dixetis, siue corpus, siue essentiam, scias & has actus esse Dei. Et materiam, actũ materialitatis, & corporum actus corporalitatem, & essentiæ actũ essetialitatẽ. Et hoc Deus est. vniuersũ. & in vniuerso nihil est, quod non sit De⁹ Vnde neq; magnitudo, neq; locus, neq; qualitas, neq;

figura, neque tempus circa Deum est. Vniuersum enim est, vniuersum aũt per omnia & circa omnia Hunc sermonem o fili, venerare, & cole. Cultura vero Dei vna est, vt non sis malus.

FINIS.

SCHOLION.

Quando ait. Ista vero mens in hominibus Deus est, intelligatur, per participationem. Et similiter quæ subiungit. Quidam homines diuini sunt, & ipsa humanitas proxima est diuinitati. Intelliigatur per virtutes, & dona a Deo hominibus data. Simili qnoque modo, sunt intdlligenda, illa. Deos homines immortatales Homines, Deos mortales,

HERMETIS TRISMEGISTI, SERMO CRATER.
Vel Monas.
LIBER. XII.

VNiuerſum mundum fecit opifex, non manibus ſed verbo, Itaque ita cogita de eo, vt de præſente, & ſemper exiſtenſte, & omnia faciente,& vno ſolo, qui ſua voluntate condidit entia. Hoc enim corpus eſt illius, non tactile, neque viſile, nebue menſurabile, neque extenſile, neque alij vlli corpori ſimile. Neque enim ignis eſt, neque aqua, neque aer, neque ſpiritus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Sed omnia ab ipſo. Bonus namque cum ſit, ſoli ſibi hoc dicauit. Voluit vero, etiam terram ornare, ornatu tamen diuini corporis. Et miſit hominem, animal immortale, animal mortale. Et homo quidem, animalibus & mundo plus habuit, ob ſermonem, & mentem. Spectator namque factus eſt operum Dei homo. Et admiratus eſt, & cognouit factorem. Sermonem quidem o Tati, in omnes homines partitus eſt. Mentem autem nequaquam, non inuidens aliqnibus. Inuidia enim non inde venit. Sed hic conflatur, in animis hominum mente carentibus. Quam ob cauſam, o pater, non omnibus partitus mentem eſt Deus? Voluit o fili, hanc in medio, ve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

luti præmium animis proponere. Et vbi eam proposuit? Craterem ipsa replens, deorsum misit dans præconem, Et iussit eum præconio edicere, animabus humanis hæc. Immerge te ipsam quæ potes in hunc Craterem. & quæ credis, quòd redibis ad eũ qui misit craterem. Quę cognoscis ad quid facta es. Quicumque sane intellexerunt præconium, & immersæ sunt in mentem, isti participarunt cognitionem, & perfecti euaserunt homines, cũ mentem suscepissent Qui vero non perceperunt præconia, ipsi quidem sermonem. non autem mentem sunt adepti, ignorant, ad quid facti sint, & a quo. Sensus autẽ horũ simles sunt bruto animaliũ sensꝰ, & in irascentia, & ira tẽperiẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

habentes non admirantur, ea quæ ſunt ſpectaculo digna. Corporũ vero voluptatibus dediti, ob has hominem eſſe factum credunt. Quotcunque vero Dei dono participes facti ſunt, hi, o Tati per comparationem operum immortales pro mortalibus ſunt. Omnia complexi ſua mente, & terrena, & cœleſtia, & ſi quid eſt ſupra cœlum. Tantum ſeipſos eleuantes, conſpexerunt bonum, & cum vidiſſent, infortunium putarunt, quæ hic eſt, moram. Et ſpretis omnibus, & corporeis, & incorporeis ad vnum, & ſolum feſtinant. Hæc eſt, o Tati mentis ſcientia, diuinorum inſpectio, & Dei comprænhenſio, quia diuinus eſt Crater. Et ego immergi volo o pater. Niſi prius corpus tu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

um odio habueris o fili, te ipſum amare non potes. Te ipſum vero cum amaueris. Mentem habebis Et mentem habens ſcientiam quoque adipiſceris. Quomodo hæc dicis o pater? Impoſſibile nã que eſt o fili, circa vtraque verſari, mortalia nimirum, & diuina Nam cum duo ſint entia, corpus, & incorporum, in quibus mortale eſt & diuinum, electio alterius permittitur ei, qui eligere vult. Non enim poteſt vtraque. In quibus autem alterius electio eſt, alterum diminutum, alterius manifeſtauit efficaciam. Præſtantioris ergo electio, non ſolum eligenti pulcherrima fit, ita vt hominem deificet, ſed etiam erga Deum pietatem oſtendit. Minoris vero electio, hominem quidem perdi-

 dit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dit, nihil autem in Deum egit, nisi hoc ſolum, quòd ſicuti pompæ per medium tranſeunt. neque ipſæ agere aliqud valentes, niſi quòd impediunt. Eodem modo & iſti, pompam tantum agunt in mundo, abducti a corporeis voluptatibus. His ita ſe habentibus, o Tati, quæ a Deo ſunt, habemus & habebimus. Alia a nobis veniant, & non tardemus. Nam Deus cauſa non eſt, nos vero cauſa malorum ſumus, hæc præferentes bonis. Vides o fili, quot nos oporteat corpora, pertranſire. & quot dæmonum choros, & continuitatem, & curſus aſtorum, vt ad vnum & ſolum Deum feſtinemus. Non enim bonum tranſiri poteſt & interminatum eſt, & fine caret ſibi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& principio. Nobis vero apparet. principium habere cognitionem. Non ipſi autem principium ſit cognitio, ſed nobis principiũ præbet eius qui cognoſci debet. Præhendamus ergo principium, & permeabimus celeriter omnia. Valde enim durum eſt, conſueta præſentiaque relinquere, & ad vetuſta, & primæua redire. Nam quæ apparent, oblectant. Quæ vero non apparent, difficile creduntur, manifeſtiora autem ſunt mala. Bonũ autẽ obſcurũ eſt, manifeſtis. Neque .n. forma, aut figura ei eſt. Atque ob id, ſibi quidẽ eſt ſimile, alijs vero omnibus disſimile. Impoſsibile .n. eſt incorporum corpori innoteſcere. Hæc differentia eſt inter ſimile & diſsimile. & diſsimile nõ peruenit ad ſimile. Monàs nãque omniũ cũ ſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

principium, & radix in omnibus est, vt principiũ & radix existens. Sine principio autem nihil est. Principiũ autem ex nullo alio quã ex seipso, Nam aliorum est principium. Ipsum namque est quandoquidem ab alio principio non est. Monas ergo quia principium est, omnem numerum complectitur, a nullo contenta. Et omnem numerum generat, a nullo genita alio numero. Omne aũt genitum imperfectum, & diuisibile, & augmenta recipit & diminuitur. Perfecto aũt, horum nihil fit. Et quod augeri potest, augetur a monade, consumitur aũt ab sua imbecillitate. non amplius potens monadem capere. Hęc igitur tibi o Tati, quantum potest descripta est Dei imago. Quam si exacte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

intueare, & intelliges cordis oculis, crede mihi fili inuenies ad supera viam, vel potius hæc ipsa imago te ducet. Habet autem quiddam peculiare hoc spectaculum. vt qui ad ipsum spectandum peruenerunt eos detineat, & attrahat, sicuti aiunt, magnetem lapidem attrahere ferrum.

FINIS.

HERMETIS TRISMEGISTI, EX SACRO LIBRO COGNOMINATO MInerua Mundi.

LIBER. XIII.

CVm hæc Isis dixisset, infundit Horo, potum dulcem primo Ambrosiæ. Quē animæ a Dijs accipere in more habent. Atque sacratissimum sermonem exorditur Isis. Cum cœlum multiplici corona ornatum, o fili Hore superpositum sit, inferiorum naturæ vniuersę. & nullo in loco careat, aliquo eorum, quæ nunc vniuers⁹ habet mundus.

Necesse est omnino a superposi-
is, ornari, & impleri naturam v-
niuersam infra positam. Non n.
infera possunt exornare superio-
rem ornatum. Necesse ergo est,
præstantioribus mysterijs cedere
minora. Præstantior aũt, quàm in
feriorum, sublimium est ordina-
tio. & toto secura, & mortalium
non subiens cogitationem. Vnde
ingemuerunt infera, præ timore
Cũ haberent pulcherrimã super-
positorũ in æternũ permanentiã.
Erat .n. spectatu dignum simul. &
agonia, videre cœli pulchritudinẽ
Deo similem adhuc ignoto. diui-
temque noctis venustatem. Mi-
norẽ quidẽ solis, acutæ tamẽ cõ-
paratũ luci. Cũque alia per partes
mouerentur in cœlo mysteria, or-
dinatis tẽporũ motibus & periodis

peroc-

occultos quosdam effluxus infe
ra ornando, & augendo. Et ti
mor quidem hic mutuus, & in
quisitiones indesinentes. Et do
nec, vniuersorum artifex noluit
ignoratione continebat omnia
Quando vero decreuit, se se
quisnam esset, declarare, amore
inspirauit Diis, & ipsam. quan
habebat in pectore maiorem, ho
rum largitus est cogitatibus. v
primo qudem quærere vellent
dein cuperent inuenire. & post
modum corrigere possent. Hoc
aũt o fili admirandũ, Hore, non in
mortali semine factum est Non
dum enim erat. Sed cum anima
Sympathiam habere, cum cœl
mysterijs, hoc autem erat, omni
um Meus Hermes. Qui & vidit
omnia, & videns animaduertit, &

ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

aduertens potuit manifeſtare, & oſtendere. Et quæ intellexit incidit, & inciſa, abſcondidit; plurima ſilens ſecurè, & eloquens, vt quærat ea, omnis æon qui futurus erat mundi. Atque ita cognatos Deos, ſuſtulit ad aſtra, vt ibi doryphori eſſent. Sed ei erat ſucceſſor Tatius, filius ſimul, & ſuſceptor dogmatum horum. Non longe, & Aſclepius Imuthes Spanus, & Hephæſtobulus, & alij quicunque cœleſtis contemplationis fide exacta hiſtoriam ſcripturi erant, volente omnium regina prouidentia. Hermes quidem loquebatur ad ambientem, ſed ita, vt neque filio tradiderit completam contemplationem, ob ætatis iuuentutem. Ego vero cum orta eſſem, oculis omnia cernentibus, & quæ in or-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tu essent inuisibilia contemplar
possem, eaque consideranti tard
quidem, attamen venit exacta di
gnotio prope Osiridis archana
deponere sacra mundanorum ele
mentorum, symbola. Cumq; pre
ces fudisset, & sermones hosce c
locutus, in cœlum abijt. Sed non
decet o fili imperfectam hanc de
nunciationem relinquere. Sed ef
fari, quæcumq; libros reponens
dixit Hermes. Dixit autem ita. O
sacri libri incorruptibiliũ, qui sor
titi estis me, peiora tripudia, phar
maco incorruptionis temperato
imputrescibiles manere toto æu
incorrupti, tẽpore multo non in
specti, nec reperti, cuicumq; eorũ
qui hanc transgressuri sunt disci
plinam. Vsq; quo senex cœlum
producet res, nobis dignas, qua

opife

opifex, animas appellauit. Hæc cũ dixiſſet, libris & operibus ſuis benedicens, in proprias aſcendit Zonas. Multo vero medio tempore vetati occultabantur. Et Natura, o fili, erat ſterilis, donec ij qui ſunt iuſsi cœlum circuire, ad omnium Regem Deum accedentes, entium quietem nunciarunt, & quòd ſit opus exornare vniuerſa. Et hoc non alterius cuiuſquam eſſe opus, quam ſuum, & dicebant. Rogamus te vt præſentia, & quæ in poſterum opus habent, conſideres. Cum hæc dixiſſent, ſubriſit Deus. Et dixit. Fiat Natura, E fœmina, mollis res, ex voce eius prodijt. Quod cũ vidiſſent Dij, obſtupuerũt. Et naturã, potu honorauit Deus propater, & eã iuſsit eſſe fœcundã, & in ambientẽ intent⁹,

hæc proclamauit. Esto cœlum, plenum omnibus, & aer, & æther. Dixit Deus, & fuit. Natura vero ad se locuta, cognouit, non oportere ipsam, nõ obedire patris præcepto. Et cum labore congressa, pulchram filiam peperit, quam vocauit Inuentionẽ. Ei autem Deus largitus est esse, & postquam largitus est, discreuit quæ facta iam essent, & ea mysterijs impleuit. Et Inuentioni secundum id, largitus est horum ducatum. Ipse vero nolens ociosum superiorem mundum esse, sed spiritibus implere statuens ipsum, vt ne particularia ociosa manerent & immota, ita in ea artificijs vti cœpit sacris, ad proprij operis genituram. Spiritũ enim quantum suffecit à proprio sumens, & intellectualiter

ipſi ignem miſcens, ignotis quibuſdam alijs materiebus temperauit. Et hæc vtraque vtrique cum quibuſdam acclamationibus occultis vniens, totum recte admodum commouit temperamētum, donec materia quædam, tenuior, & purior, & pellucidior ex quibus factum eſt, arriſit miſto Erat autem ipſa tranſpicua, quam etiam ſolus artifex cernebat. Poſtquàm vero, ab igne combuſta non liquabatur, neque vt a ſpiritu perfecta animabatur. Sed quandam Diogenitam, & propriam habebat temperamenti conſtitutionem, propria figura, & propria temperie, quam ex meliore nomine, & propria actione, Animationem Deus vocauit. Ex quo ſanè concreto, Myriadas animarum ſatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

multas progenuit, quod ex temperamento ſuo efflorebat, ad quod vellet agens, bono ordine, & commenſurare cum experientia & ratione conuenienti, vt nihil ipſa a ſeipſis differre fuerit neceſſarium. Quandoquidem is flos, qui ex motu Dei exhalabat, non erat ipſi ſimilis. Sed maius, & plenius erat primum ſecundo, & omnino purius. Secundum vero ſatis quidem erat primo, multo vero, tertio maius. Atque ita vſq; ad gradus ſexaginta, omnis perfectus eſt numerus. Præterquàm quod omnes æternas eſſe, lege ſtatuit tamquàm ex vna materià. Cuius ipſe ſolus, ſpecies perficeret. Alijs & ſectiones, & pœnas in ſublimi cœli natura ordinauit, vt Cylindrum reuolerent ordine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quodam, & diſpoſitione conueni-enti, & patrem delectatione affi-cerent. Sic & in pulcherrima æ-theris ſtatione, eorum quæ iam eſſent aduocans naturas, ſic ait. Spiritus mei, & curæ meæ, o ani-mæ, pulchræ filiæ, quas meis edu-xi manibus, & meo iam ſacro mundo, ſermones meos, vt leges exaudite. Et locum alium nul-lum tangite præter eum qui vo-bis eſt ordinatus a mea ſententia. Bene conſtitutum ergo cœlum vobis manet, & ſimiliter ordina-tus aſteriſmus, & throni virtu-te pleni. Si vero quid noui agea-tis, præter mea iuſſa, ſacrum vo-bis iuro ſpiritum, & temperamen-tum hoc, ex quo vos genui, & per haſce meas animifactrices

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

manus, non multo poſt, vincula, & pœnas vobis arte parabo. Hæc dicens Deus, meus quoque domi- nus, reliqua elementorum cogna- ta miſcens, aquam & terram, & quoſdam arcanos pronuncians ſermones, potentes quidem, ſed primis non ſimiles, neque æqua- les ad bene pariendum. Et vita- lem inſpirans temperamento ſu- pernatanti ſimiliter, concreto be- ne tinctum, & bene concretum cum eſſet factum ſumpſit. Miſti vero reliquias animabus, quæ iam profecerant dedit. Animabus ſci- licet ijs quæ in Deorum regiones & aſtris proximos locos, & ſa- cros dæmonas, conuocatis. For- tunate inquiens, o filiæ, meæ na- turæ germina. Suſcipite artis meæ reliquias, & vnaquæq; natura ſua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

formet aliquid aſsimile. Apponam vero vobis etiam hæc exempla. Et ſumens bene ac pulchre Zodiacum, conſonanter animarum motibus, diſpoſuit ornatum ad ſigna quæ humana ſunt figura, ſequentia diſponens veluti anima lia,& vafras largitus eſt vires, & ſpiritum artificioſum generatiuũ eorum quæ in perpetuum erant futura vniuerſaliter omnium. Et diſceſsit pollicitus, viſibilibus eorum operibus, viſibilem ſpiritum coniugare, eſſentiamque ſimilis geniture, vt ipſo ſibi alia gignerent ſimilia. Ipſa vero neceſsitatem non amplius habent, aliud quid facere, quàm quæ prius effeciſſent. Quid ergo, o Mater, fecerunt animæ? Et dixit Iſis. Id o fili Hore, quod e materia erat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

temperatum ſumentes, cogitabāt primo, & Patris temperamentum adorabant. Et vnde confectum eſſet, quæritabant. Id autem illis non erat facile dignoſcere. Vnde ſane, & quod quæſiſſent timuerunt, ne in patris inciderent iram. Et ad ea quæ iniuncta fuerant agenda ſunt conuerſæ. Vnde ex ſuperiorum materia; ſumme leuem habente compaginem, auium genus formarunt. Cumq; iam ſemis compactum eſſet temperamentū, & ſolidam concretionem acciperet, genus quadrupedū finxerunt. Quod vero minus bene, & alterius humiditatis ſane indignum ad perfectionem, genus piſcium. Reliquum vero cum frigidum eſſet & deorſum ferretur, ſerpētium naturam animæ nouiter, effecerunt.

runt. Ipſe vero, o Fili, tamquam aliquid feciſſent iam ſuperflua audacia ſunt armatæ. Et præter iuſſa faciebant, & iam e ſuis ſectionibus, & cellis exibant, & vno in loco nolebant amplius manere, & ſemper mouebantur, & in vno ſolo manere vltra, mortem putabant. Hoc quidem o fili, dicit Hermes, etiam mihi dicens, vniuerſorum dominum & Deum non latuiſſe, quid facerent, Pœnam autem eis quærebat & vinculum, quod miſere ſufferrent. Et ſane viſum eſt omniũ duci, & domino, hominum fabricã arte efficere, in quo animarum genus perpetuo puniretur. Et tunc me aduocans ait Hermes, dixit. O animæ meæ anima, & Mens ſacra mentis meæ.

Vſque-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Vſquequo anguſta natura inferorum, cernitur? Vſquequo, ea quæ iam facta ſunt, inertia manent, & illaudata. Sed duc ad me, cœleſtes Deos omnes, Fili, dixit Deus, vt Hermes ait. Illi vero venerunt ad mandatum. Reſpicite inquit in terram, & in omnia quæ humi ſunt. Illi vero celeriter, & reſpexerunt, & mente compræhenderunt, quæ volebat imperator. Et dicenti de hominum generatione, ſi quid quiſque potis eſſet præbere, ijs qui gignendi erant. Dicebat Sol, plus lucebo. Pollicebatur Luna, curſum qui poſt ſolem eſt illuminare. Dicebat etiam iam ante genuiſſe pauorem, & ſilentium, & ſomnum, & quæ multis eis erat futura, memoriam. Saturnus nunciauit, iam ſe patrem factum, Pœ-

næ,& neceſsitatis. Aiebat Iuppiter,vt ne omnino inter ſe pugnaret,genus,quod erat futurum Fortunam, & ſpem, & pacem genui. Mars dicebat, ſe agoniæ, iræ, & contentionis eſſe patrem. Venus non tardauit, ac dixit Ego vero, Cupidinem ipſis,o domine & voluptatem coniugabo, & riſum,ne duriſsimam cognatæ animæ damnationem ſufferentes,amplius puniantur. Lætabatur magis, o Fili, Venere hæc dicente. Ego vero inquit Hermes, faciam hominum naturam,& ſapientiam illis,& temperantiam, & ſuadam, & veritatem imponam, & non ceſſabo Inuentioni aſsiſtere. Sed & eos homines qui ſub meis ſignis Zodiaci naſcentur perpetuo,in mortali vita adiuuabo. Signa enim mihi in

Zo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Zodiaco dicauit pater, & opifex prudentia, & intellectualia, & tunc magis, quando impoſitus eis aſtrorum motus, conſonantem habuerit cuiuſque naturalem actionem. Lætatus eſt Deus, mundi dominus. Hæc audiens, & iuſsit fieri tribum hominum. Ego vero, inquit Hermes, quæſiui materiã, qua oporteret vti, & orabam Monarcham. Ille vero iuſsit animabus, reliquias miſturæ tradere. Quas accipiens, reperi prorſus ſiccas. Vnde multo pluri, quam opus erat in miſtura vſus ſum aqua ita, vt materiæ molem quaſi nouam efficerem, vt ſolubile omnino, & debile, & impotens, quod fingebam efficeretur. Et præter quam quòd prudens eſſet. etiam robore eſſet plenum. Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

finxi ergo, & pulchrum euaſit, & lætabar intuens meum opus. Et ab imo vocaui Monarcham, vt inſpiceret. Ille vero & vidit, & eſt gauiſus. Et iuſsit, animas corpora ſubire. Illæ vero tunc primum ingemuerunt damnatas ſe eſſe cognoſcentes. Miratus ſum animarum etiam ſermones. Mentem adhibe, o fili Hore. Reconditam enim audis contemplationem, quam auus Camephes forte audiuit ab Hermete, omnium factorum commentatore, ab omnibus vetuſtiore Camephe, quando & perfecto attramento eum honorauit. Nunc vero tu ipſe, a me. Quando namque o admirabilis fili & magnanime, debuerunt includi corporibus animæ. Aliæ quidem ipſarum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

id tantum querebantur, & geme-
bant. Et quemadmodum belua-
rum liberæ quæ ſunt ſeruitutem,
malorum expectatione, a conſue-
ta & amica ſolitudine abſtracta
pugnant, & diſsident, & concor-
des nolunt eſſe, cum ijs qui eas ce-
perunt, ſed ſi ſors tulerit etiam
morti tradunt, aduerſus eos inſur-
gentes. Aliæ vero magis ſibila-
bant, inſtar aſpidum. Acute alia
ſuſpirans, & ad ſermonem ſatis la-
chrymans, & ſæpe ſurſum deor-
ſumque vt tulit fors ſe habens o-
culos circumtulit. Atque ait. O
cœlum noſtræ principium gene-
rationis, & tu æther, & aer, & mo-
narchæ Dei manus, & ſacer ſpiri-
tus, & rutili Deorum oculi aſtra,
& lux Solis & Lunæ infatigabilis,
qui noſtri principij eſtis conuiuæ.

A qui-

A quibus omnib⁹ retractæ, quàm misera patimur. Atque etiam magis, quod a magnis, & splendidis, & sacri circumfusione, & diuite polo, & a beata cum Dijs politia, vt in honora, & tam depressa vinctæ sumus habitacula. Quid nobis misellis tam indecens factum est? quid his pœnis dignum, quæ nos pauidas peccatrices adhuc manent? Quæ nam mala spe, agemus? vt aqueo, & cito soluendo corpori præbebimus alimenta? Oculi non amplius Dei animas admittent. Paucæ vero prorsus parum, ex his humoribus & circulis, suum progenitorem cœlum aspicientes, gemimus semper; Est aliquando etiam vt non cernamus, vbi sunt tenebræ claro ipso perspicimus, oculis vero nihil vide-

mus. Miseræ namque damnatæ sumus. Et cernere nobis opposita non est concessum. Quoniam absque luce videre, nobis non est datum. Loci, igitur, sed non oculi sunt amplius. Itaq; & cognatis in aere spirantibus ventis, audire miseræ perimus, quia cum ipsis non stamus. Dominus nobis pro sublimi mundo hoc, breuis nos manet cordis moles. Solutas vero nos, a quibus in qualia, descendimus, perimat dolor, o domine, & pater, & factor. Tam cito opera tua neglexisti? Ordina nobis terminos aliquos, & breui dignare sermone, quousque totum habemus splendidum cernere mundum. Consequutæ sunt o fili, animæ cum hæc dixissent. Aderat enim & Monarcha. Et su-

per veritatis Thronum, ſedenspre cantibus hæc reſpondit. Amor veſtrum o animæ, dominabitur, & neceſsitas. Et qui poſt me ſunt o= mnium domini & duces. Animæ vero quæcumque inſeneſcibilia mea ſceptra colitis, ſciatis quouſ= que ſine peccato eſtis, hominis habitabitis regiones. Si quæ vero nobis rei alicuius propinquauerit repræhenſio, ipſæ fatalem locum damnatæ habitabunt. Si vero veſtræ mediocres fuerint accuſa- tiones, mortale carnium vincu- lum relinquentes, rurſus ſine eiu= latu locum ſupracœleſtem ſalu- tabitis. Si vero maiora fece= ritis peccata, fine non decenti e corpore exibitis, ſed cœlum non amplius habitabitis, neque hominum corpora, ſed bruta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

animalia per errrantes in posterū perseuerabitis. Cum hæc dixisset, o fili Hore, omnibus ipsum spiritū est largitus, & rursus est locutus. Sed non temere, & fortuito leges tuli, contra vestra crimina. Sed sicuti in peius, si quid feceritis inde corum. sic in melius si quid cogitabitis vestra genitura dignum. Ego namq;, & non alius quisquam inspector & speculator ero. Agnoscite ergo, quòd ob prius acta a vobis, pœnam hanc sustinetis, & incorporationem. Ergo & regenerationis corporum vobis erit differens. Ob benefacta autem cum prima felicitate erit dissolutio. Obcæcabitur vero vestra prudentia si quid me indignum facietis. Vtpote contraria cogitare. Et pœnam, vt beneficium sustine-

bitis. Sed mutationem in meliora suscipiente in homines, reges iusti philosophi Germani, Conditores & legislatores. Arioli veraces, medici legitimi, optimi prophetæ Deorum, Musici periti, Astronomi intelligentes, augures clari, exacti sacrificuli. Et quorumcumque bonorum & pulchrorum eritis dignæ. In aues vero Aquilæ, quia nihil cognatarum vel violenter rapient, neq; comedent. Sed neque prope ipsas animal aliud debilius ipso, iniuria affici permittetis. Iustior enim virtutum natura adueniet. In quadrupeda Leones, robustum enim animal, & naturam nactum insomnem quodammodo, & corruptibili corpore immortalem exercet naturam. Neque enim ægrotant,

neq; dormiunt. In reptilia, dracones. Potens enim animal, & longæuum, innocuum, & homini amicũ. Ita enim & cicurabitur, & venenũ non habebit. Sinet quoq; senescere quasi Deorum natura. In natantibus, Delphines. Nam isti miserebuntur eos qui in pelagos cadunt. Et qui adhuc spirant deferent in terram. Mortuos vero non attingent, tametsi voracissimũ sit animal futurum: inter aquatile genus, Hæc õnia cũ Deus dixisset, incorruptibilis fit intellectus. His ita actis, fili Hore vehementissimus a terra surgit spiritus. Qui corporis amplexu non caperetur, potentia vero mentis præditus atq; efformatus. De quibus interrogabat corpus, & figuram vti amictus, & pulchrum, & venerandnm. Sed su-

pra modũ agreſte, & plenũ pauore. Quod quidẽ ſtatim, animas ingredientes in figmenta conſpiciens, an quid dicerent ita vocauit. O Hermes. Audax facinus, facere hominem. audacibus oculis, & loquaci lingua, nudi auditus, & eorũ quæ ſibi non congruunt heluonẽ: & omnino qui abuſurus eſt ſenſu tactus. Hunc curioſum relinquere decreuiſti o genitor, qui audacter inſpicere velit pulchra naturæ myſteria. Sine dolore vis hunc ſinere, qui vltra terræ terminos, tuas ſcrutabitur cogitationes. Radices plãtarum ement homines, & qualitatẽ diſcutient ſuccorũ. Lapidũ naturã ſpectabunt, & media ſecabũt animalia, non ſolum bruta, ſed etiam ſeipſos, quo modo nati ſunt inquirere volent. Audaces extent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

manus vſque,ad mare, & ſponte naſcentes materia ſecabunt,vſque ad tranſmarinos ſeſe mutuo tranſ-uehent ad inquiſitionem, quæ nã in intimis adytis ſacris natura in-exiſtit, & vſque ad ſupera perſe-quentur, obſeruare volentes,quiſ-nam motus ſit conſtitutus. Sed hæc mediocria ſunt. Reliqui enim nihil eſt,præter quam,terræ locus extremus. Sed & hunc ſcrutari volent poſtrema nocte. Nullum ergo hi habent impedimentum. Sed beneficio indolentiæ initiati, & ducis non coacti,pauoris ſtimu lis vitam degent placidam. Num ergo vſque in cœlum nimia arma-buntur audacia. Hi nimios extol-lent animos. Nam & elementa,a-nimas ipſorum habẽt. Doce hinc, vt ament hoc velle, vt poſsint ti-

nere, malum quod a vacuo cupitæ rei effectu, vt doloris acerbitate domentur, cum quæ ſperabunt, non aſſequantur. Recidatur animi eorum inſolentia, cupiditatibus, & pauoribus, & doloribus, & ſpe vana. Mutui animas eorum amores corrodant, ſpes vanæ, cupidines aliquando adimpletæ, aliquando etiam vanæ redditæ, vt ipſis cupiditatis dulcedo eſca ſit ad ſufferenda pleniora mala. Grauet eos febris, vt debilitati malo, frangant cupiditatem. Moleſta ſunt hæc o fili hæc, tibi narrante matre. Non admiraris? nonne obſtupeſcis? quo modo miſer homo ſit grauatus. Quod horribilius eſt audi. Gaudebat Hermes, hæc dicente Momo. Dicebantur enim vt eum decebant hæc. Et fa-

ciebat, quæcumque dicta fuerant. Dico Mome. Sed non fiet euidens diuini ſpiritus natura ambientis. Dixit enim eſſe poſt vnam, & prouidentem vniuerſorum Dominus. Inſpectrix ergo terrenorum omnium, acute videns Dea Adraſtia Eſto. Ego namque occultum quoddam fabricabo inſtrumentum quod inerrabilem, & intranſgreſsibilem contemplationem præbebit. Quo terrena neceſſario omnia in ſeruitutem ducentur, a primo ortu ad corruptionem vſque extremam. Quodque eorum quæ perficiuntur habeat compagem. Cui obtemperabunt terrena omnia. Dixit Hermes, Ego vero hæc dixi Momo, & iam inſtrumentum in motu erat. Hæc poſt quam facta ſunt,

& in-

& incorporatæ ſunt animæ, & lau
dem ob hæc ſum aſſecutus. Rur-
ſus Monarcha concilium Deorũ
habuit. Et Dij adfuerunt. Atq; ite-
rum ipſe, hæc ita protulit. Dij in-
quit, quicumq; ſupremàm, & qui
incorruptibilem naturã eſtis ſor-
titi, & magnũ æuũ regere in æter-
nũ pro munere habuiſtis, & quib⁹
reſpondere nunquam deſinent v-
niuerſa. Quouſq; tandẽ, ignotum
hoc regnum tenebimus. Quouſq;
hæc inuiſa erunt ſoli, ac lunæ?
Quiſq; veſtrum a ſe procreet. De-
deamus potentia noſtra inertem
hanc compagem, minime creden-
da poſteris fabula putetur eſſe
Chaos. Opera aggredimini ma-
gna. Ego ipſe primus incipiam.
Inquit, & illico, quæ vnita erant
in mundo, ſunt diuiſa. Et apparuit

qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quidem cœlum ſurſum, ornatum
myſterijs ſuis cunctis. Cum adhuc
terra tremula eſſet, lucente ſole
compacta eſt, & apparuit ornata
omnibus ijs quæ circa ipſam ſunt.
Pulchra enim Deo ſunt, etiam ea
quæ mortalibus videntur vilia,
quoniam Dei legibus ſeruire ſunt
aſſueta. Lætabatur Deus, videns
opera eius iam moueri. Cumque
manus æque validas impleſſet re-
bus quæ in natura ambienteque e-
rant, & pugnos valide conſtrin-
gens, ſume inquit, o ſacra terra,
quæ genitrix omniũ es futura, ne
vlla re egena videaris. Dixit Deus,
& manus, quales oportet Deum
habere expandẽs demiſit omnia,
ad rerum conſtitutionem. Sed a
principio, ignota erant omnino.
Nuper enim animæ cum vinctæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſſent, & obprobrium non feren-
s, cum cœleſtibus Dijs, de ſua
obilitate contendebant, eo ni-
æ, quod eodem eſſent Condito-
procreatæ, ſeditionem excita-
ant, & reliquis hominibus inſtru-
entis viæ inſurgere eos contra
ipſos & acies cõtra ſeſe ſtruere,
pugnare faciebãt. Atque ita vis,
õtra imbellitatẽ magna poterat:
a vt rol uſti, debiles & vrebãt, &
ccidebãt; & e ſanis hos quidẽ vi-
os, illos etiã mortuos, ex adytis
ræcipitabãt. Eò vſq; vt tandẽ ne-
eſsitate coacta elementa, ſtatue-
ant Deum alloqui de fera homi-
um politia. Cumque iam multa
ſſent perpetrata mala, Elementa,
d Deum factorem ſuum acceſſe-
unt talibus verbis ſunt conque-
ta. Et ſane primam dicendi po-

teſta-

testatem habuit ignis. Et dicebat
Domine, & noui huius mundi artifex, qui reconditum & venerabile inter Deos nomen habes. Et hucusq; inter omnes homines. Quousq; o dæmon, impiam sinere mortalium vitam in mente habes? Exurge iam, mundo tui indigo, & vitæ feritatem, pace mitiga. Largire leges vitæ. Nocti dona, vaticinia. Imple spe bona omnia. Timeant homines a Deo vindictam, vt nemo peccet. Si peccatorum, dignam habeant mercedem, cauebunt reliqui iniuste agere. Expauescent iuramentum & nemo amplius, fatua cogitabit. Discant beneficio affecti, gratias agere, vt lætus ad libamina, ad sacrificia, ignem subministrem, vt odorem ipse, ab ara tibi mittam. Furore enim adhuc

agitor

agitor o domine,& præ hominum genitorum impia audacia vicarnes liquefiunt,neq; ſinunt me manere in meo munere, incongrue adulterantes incorruptionẽ. Aer vero & ipſe, Contaminor dicebat,o here, & præ cadauerum vaporibus,morboſus ſum,& non ſalubris; & non amplius inſpicio ſupera quæ fas eſt me intueri. Conſequenter,aqua, o fili magnanime poteſtatem habuit dicendi,& ita eſt locuta. Pater & admirande factor omnium genitorum, & per te cuncta gignẽtis naturæ factor. Iam tandẽ o Dæmon fluxus fluminum eſſe puros iube. Vel enim Amnes & mare lauabunt occiſores, vel ſuſcipiẽt occiſos? Terra aderat meſta admodum. Ordine referam fili magnanime: In hunc modum

orſa

orsa est loqui, O Rex, & cœlestiū culminum & imperator domine elementorum quæsumus, ductor & pater eorum quæ adsunt. Ex quibus incrementi, & diminutionis principium habent cuncta, In quæ rursus desinentia necessario debitum finem habent. Fatuus, o venerande, & impias, hominum chorus insurrexit. Capio ego naturam omnium. Ipsa namque sicuti tu iussisti fero omnia, & interempta suscipio. Despicior tamen ab omnibus. Terrenus tuus mundus omnium plenus, Deum non habet. Omnia namque cum non habeant quæ timeant, contra leges agunt. Et meis humeris, omnem malam incurrunt artem. Humida efficior tota, ac contaminor corporum humoribus. Vnde,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

o domine etiam indignos cogor, recipere. Capere volo, cum his omnibus quæ fero, etiam Deum. Gratificare terræ si non te (non enim capere te ſuſtineo) ſaltem tui aliquo defluxu, honorabiliorem elementis alijs. Terram transforma. Soli enim gloriari conuenit tuis donis, quia omnia præbeo. Hæc dixere elementa. Deus vero omnia in dicendo ſacra voce replens, progredimini magno patre digni & ſacri filij: Et nullo modo nouis ſtudere rebus. Neque ociosum proprio veſtro miniſterio vniuerſum ſinite mundum. Alter enim vobis iam naturæ meæ defluxus qui ſane prius erit actorum inſpector. Et viuentium iudex rectiſsimus. Neque ſolum formidabilis, ſed inferorum etiam cru-

delis terror. Atq; ita singulos homines per genus sequetur merces condigna. Hisce ita dictis, elementa desierunt loqui, ita domino iubēte, & siluerunt. Et vnum quodque ipsorum proprias potestates retinuit, & dominium exercuit. Tunc dixit Horus, o mater, quo igitur modo terra Dei defluxum est assecuta? Respondit Isis. Nolim ortum enarrare. Non enim fas est tuæ genituræ referre initium o magnipotens Hore. quo modo postea hominibus immortalium, & mundi opifex, & artifex maximū patrem tuum Osirim largitus est parumper, & maximam Deam Isin. Vt nimirū omnibus in mūdo indigis adiutores fierēt. Isti vita vitam impleuerunt. Isti mutuæ cædis feritatē sustulerunt. Templa progenitorib⁹ Dijs & sa-

trificia consecrarunt. Leges isti, & victum, mortalibus & tegumentum sunt largiti. Isti, arcana, inquit Hermes scriptorũ omniũ cognoscent, & distinguẽt. Et quæ ipsi tenuerint ad beneficiũ mortalia pertinentia, columnis, & obeliscis insculpent. Isti primi cũ iudiciu ostẽdissent, bonis legibus & iusticia omnia repleuerunt. Isti dexteræ & fidei duces facti, maximum Deũ, iniusiurandũ in vitam introduxerũt. Isti vita functos, vt decens est, docuerunt contegere. Isti quæsita mortis feritate cognouerunt, quod externus spiritus libens redeat in hominum figmenta, si quando retardetur, & refectionem non habeat, deliquia efficit animi. Isti ab Hermete edocti ambientem dæmonibus esse repletũ

occultis columnis insculpserunt. Isti soli arcanas Dei leges ab Hermetes edocti, introductores artium & scientiarum, & studiorum omnium fuerunt hominibus, & legislatores. Hi ab Hermete edocti, infera cum superis sympathiam habere, a Conditore iussa decentia cœlestibus mysterijs sacrificia, in terra instituerunt. Hi corporum corruptionem agnoscentes omnem prophetis perfectionem arte tradiderunt, vt nunquam propheta Dijs manus porrecturus, ignoret entium quicquam. Vt scilicet philosophia, & magia animam nutriat, & seruetur quando quid patitur, medicina corpus. Hæc omnia cum egissemus o fili, Osiris atque ego, & mūdum plenum cernentes, repete-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

bamur deinceps a cœli incolis,sed non licebat redire, antequam inuocassemus Monarcham, vt contemplatione hac ambiens plenum fieret,& ipsi commodum nãsciscc remur ascensum. Gaudet enim hymnis Deus,O Mater dixit. Horus, mihi quoque largire hymni cognitionem, ne ignarus sim. Et ait Isis,Mentem adhibe o fili.

Tu autem o fili magnanime, si quid vis aliud, interroga. Et inquit Horus, o valde honoranda mater. Scire volo,quo modo fiãt regiæ animæ? Respondit Isis. Ea quæ est, o fili Hore,circa regias animas differentia, talis quædam est. Nam cum quatuor sint in vniuerso loca,quæ legi intransgressibili,& imperio subiacent. Cœlũ; & æther, & aer, & sacratissima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

terra. Et ſurſum quidem, o fili, in cœlo Dij habitant quorum ſicut & aliorum omnium princeps eſt vniuerſorum conditor. In æthere vero ſtellæ, quarum princeps eſt magnus illuſtrator Sol. In aere vero animæ ſolæ, quarum princeps luna eſt. In terra autem homines, & reliqua animalia. Quorum princeps eſt is, qui pro tempore eſt Rex. Generant enim o fili reges, ipſi Dij, condignos terreno ſemine, & ſunt Principes ſummi Regis defluxus. Quorum qui magis illi eſt proximus, alijs quoque eſt regius magis. Namq; ſol, ſicuti eſt Deo propior quàm luna, ita & potentior. Cui ſecunda eſt luna, & ordine & poteſtate. Et Rex quidem Deorum aliorum eſt poſtremus, primus autem hominum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Et quousque est in terra, vera deitate caret; habet tamen præcipuũ quid ab hominibus alijs, quo Deo assimilatur. Namque anima quæ in eum immittitur, ex illa est regione, quæ supra illam sita est, vnde alijs mittuntur. Mittuntur vero inde ad regnandum animæ, o fili, duas has ob causas. Nam quæ pulchræ, & sine reprehensione propriæ vitæ, æuum percurrerunt, & in Deos referri debent, vt in regnando Deorum potestatem prius exerceant. Quæ diuinæ quædam cum sint, & paruo quodam diuinam legem transgressæ, ne pœnam in corpore patiantur, ob ignominiam, & naturam, nihil alijs simile patiuntur in corpore dum degunt. Sed quod habe- solutæ, id habent & vinctæ.

Differentia vero quæ circa regnantium mores, fiunt non animæ iudicio iudicantur, omnes enim diuinæ ſunt, ſed in angelorum conſtitutione qui eas deducunt, & dæmonum. Tales enim & ad talia miſſæ ſine comitatu, & pompa non deſcendunt. Nouit enim ſuperna iuſtitia dignitatem cuiq; diſtribuere, etſi ex beata regione ſeponantur. Quando ergo qui eam deferunt, angeli & dæmones fili Hore, fuerint bellaces, hos anima ſententiam habet, ſupera, quo-uſque ad alium congreſſum addantur. Quando vero pacifici, tunc & ipſa proprium curſum in pace tranſigit. Quando vero iudicia-les, & ipſa iudicat. Quando Muſici, tunc & ipſa canit. Quando vero veri amatores; tunc & ipſa

philoſophatur. Ita enim neceſſario animæ ipſæ deductorum ſequuntur ſententiam. Cadunt enim in humanitatem, propriæ naturæ oblitæ. Et quantum ab ea diſcedunt longius, recordantur diſpoſitionis eorum, qui eas clauſerunt. Pulchre inquit Horus omnia mihi, o mater. Sed quo modo nobiles fiunt animæ, nondum mihi narraſti. Eo modo, quo in terris, o fili Hore, ſunt quædam politiæ differentes inter ſe & mutuo. Sic & in animabus eſt. Nam & ipſæ loca habent, vnde veniunt. Et quæ a celebriore loco deſcendit, nobilior eſt ea, quæ non ita ſe habet. Quemadmodum enim inter homines, liber, nobilior eſſe videtur ſeruo. (nam quod in animabus excellit dominatur neceſſario ei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quod excellitur) ita ſane, o fili eſt
* quomodo maſculæ, & fœmellæ
fiunt animæ? Animæ o fili Hore,
congeneres ſunt inter ſe, vt pote
quæ ex vna ſunt regione, in qua
eas efformat conditor. Neq; ſunt
maſculæ, neque fœminæ. Talis e-
nim diſpoſitio in corporibus fit.
Et non in incorporeis. Differen-
tia vero, per quam aliæ ferociores
ſunt, aliæ molliores ab are eſt, o fili
Hore, in quo omnia fiunt. Aer ve-
ro corpus animæ eſt, quo eſt ami-
cta. Corpus autem elementorum
eſt commiſtio terræ, & aquæ, &
aeris, & ignis. Cum igitur fœmi-
narum compago, ſuperet humi-
do, deficit vero ſicco, & calido,
ob id in tale figmentum incluſa
anima, humida fit, & delicata.
Sicuti in maioribus contrarium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

fieri possumus inuenire. In his enim abundat siccum, & calidum, deficit vero frigidum, & humidum. Ob id, & in talibus corporibus, animæ asperæ, & efficaciores sunt. Quomodo fiunt animæ prudentes, o mater? Et respondit Isis vis visiua o fili, obuoluta est tunicis. Quando hæ tunicæ densæ fuerint, & crassæ non acute cernit oculus, quando vero raræ, & tenues, tunc acutissime cernunt. Sic & in anima. Habet enim & ipsa proprios amictus incorporeos, sicuti & ipsa incorporea est. Amictus autem hi in nobis aeres sunt. Quando hi fuerint rari, & tenues; & pellucidi tunc prudens est anima. Quando vero e contra densi & crassi; & turbida, vt in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

hyeme, non longe perſpicit. Sed ca quæ ante pedes iacent. Et dixit Horus. Quam ergo ob cauſam, o mater, qui extra ſacratiſsimam noſtram ſunt regionem homines mente reuera non ſunt prudẽtes, vt noſtri? Sic dixit Iſis. Terra in medio vniuerſi ſupina iacet vt homo cœlum intuens: partito tamen eſt in membra, ſicuti homo in ſua partitur membra. Spectat vero cœlum quaſi proprium patrem, vt illius mutationibus, & ipſa, ſua propria ſimul mutet. Et ad notum quidem vniuerſi poſitum habet caput, ad ſubſolanum vero dextrum humerum, & ſub arcto pedes, humerum vero ſiniſtrum ſub capite vrſæ. Coxas vero in poſteris ipſius vrſæ, media vero in medijs. Et huius ſignum eſt

borea-

boreales homines cum ſummitate habitantes, eſſe pulchro capite, & pulchris capillis. Qui vero ſunt ad ſubſolanum, ad pugnam eſſe promptos, & ſagittarios. Cauſa enim horum eſt dextera manus. Qui vero in Lybia ſunt, ſecuros eſſe, & vt plurimum ſiniſtra pugnantes. Et quicunq; alij dextera parte operantur ſe ſe ad ſiniſtram aſſuefacere. Boreales vero bonis & pedibus & cruribus eſſe. Qui vero poſt hos ſunt, & paulo vltra, Italicum modo & Græcum clima, omnes hi coxas babent pulcras, & maiore barba. Ita vt præ coxarum pulchritudine, quæ ibi ſunt homines, in mares ſint procliues. Omnia autem hæc membra cum ad alia ſint ocioſa, ocioſiores ferunt, etiam indignos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Cum autem in medio terræ pro genitorum noſtrorum ſit ſacratiſſima regio. Medium autem humani corporis ſolius cordis ſit mo- les, animæ vero habitaculum ſit cor, ob hanc cauſam o fili, qui hic ſunt homines, alia quidem non minus, habent quàm reliqui omnes; præcipuum vero habent vt prudentiores ſint & temperatiores, vt pote qui in corde ſunt nati & nutriti. Alias, o fili, notus ſuſceptor eſt nubium. Et quia ita ſit, & illuc ferantur dicunt ob id inde fluere noſtrum fluuium quia ibi pruina multiplicetur. Vbi vero nebula incidat ſuperpoſitum obſcurauit aerem. Et quodam modo, fumo repleuit. Fumus autem eſt caligo, quæ non ſolum oculorum eſt impedimentum, ſed &

mentis

mentis. Subſolanus vero, o magnagloria Hore, continuo ſolis ortu, turbatus, & calefactus. Similiter & oppoſitus huic lybs, particeps in occaſu eorundem, nullam ſinceram ſcientiam faciunt hominibus ibi natis. Boreas vero conſono ſibi frigore, congelat ſimul cum corporibus etiam mentem ſub eo natis hominibus. Medium vero horum, cum ſincerum ſit & tranquillum & ſibi prædicit, & qui in eo ſunt omnibus. Continua nanq; ſecuritate, & generat, & ornat, & inſtruit, & ſolum cum talibus contendit, & vincit. Et ſuam cognoſcens victoriam, vt ſatrapas bonus victis eam communicat Et hoc mihi, o domina, mater expone. Quam ob cauſam, dum adhuc viuunt homines in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

longis morbis, & ratio, & ipſum ratiocinium, & ipſa anima, aliquando læditur? Et reſpondit Iſis. Viuentium, o fili, alia ſunt igni appropriata, alia ad aquam, alia ad aerem, alia vero ad terram. Et alia ad horum duo, vel tria, alia vero ad omnia. Rurſus hæc quidem aliena ſunt ab igne, alia ab aqua, alia a terra, & alia ab aere. Alia ab horum duobus, alia a tribus, & alia ab omnibus, ſicuti locuſta, & omnis muſca fugit ignem. Aquila vero, & accipiter & quæcumque alte volant aues, fugiunt aquam. Piſces aerem, & terram. Serpens aerem purum reſpuit, & amant quidem terram ſerpentes, & reptilia omnia. Et aquam natanria cuncta, aerem vero volucres, in quibus etiam degant. Ignem autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quæcunque ſublime volant, & ibi vitam agitant. Sed enim, & animalia quædam amant ignem, quorum ſunt Salamandræ. Nã in igne etiãj habitant. Singulũ.n. elementũ, corpus circũdat. Omnis ergo anima in corpore exiſtens grauatur, & premitur hiſce quatuor. Nam & conuenit, ipſam aliquibus horum gaudere, aliquibus autem dolere. Ob hoc igitur nõ habet, ſummam ſuam beatitudinem. Sed vtpote quæ diuina eſt, in his exiſtens pugnat, & intelligit, ſed non quæcunque intelligebat libera a vinculis corporum. Si vero & hæc turbentur, vel a morbo, vel a timore, tunc & ipſa, ſicuti & homo in profundo mergitur, & nihil fert ſolidum. Mirabiliter inquit Horus, ſingula mihi enarraſti, o magnipo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tens mater Isi, de admirabili animarum procreatione a Deo, & in admiratione persto. Nondum tamen nunciasti quo nam, a corporibus solutæ abeunt animæ. Volo igitur, & contemplationis huius initiari, & gratias agere tibi soli o immortalis mater. Et ait Isis, aduerte fili, necessarissima enim est hæc inquisitio. Quod constitutum est, & non aboletur, locum habet. Sed hoc modo ratio mea dicet. Non enim o admirande, & magni patris Osiridis magne fili, temere, & impetu e corporibus exeuntes in aerem resoluuntur, & disperduntur. Cum alio infinito spiritu, vt amplius non possint rursus eadem in corpora redire, neque in eandem regionem vnde primo venerunt regredi. Sicuti

neque aqua ab inferis vasis sumpta, in eadem loca vnde sumpta est recuperare, est possibile Neq; ipsa hausta illico proprium occupat locum, sed commiscetur toti aquæ fusioni. Sed non ita se res habet o magnanime Hore. Sed vt sacerdos immortalis naturæ cum sim, & iter fecerim per veritatis campum, enarrabo tibi entium singula. Illudque dicam prius, Aquam corpus esse irrationale, e multis componentibus conflatum in fusionem. Anima vero res est propriæ naturæ, o fili, & regia, & opus manuum Dei, & mentis, se ipsam in intellectum ducens. Quod ergo ex vno tantum est non etiam ex alio, impossibile est, vt alteri misceatur. Vnde & congressum eius corpus necesse est harmoniam Dei esse.

Quod vero non in vnum, & eundem locum fuse, & temere, neque casu, sed singulæ ad propriam mittuntur regionem. Clarum fit etiam ex ijs quæ ei dum in corpore ac figmento est, eueniunt. Patitur .n. præter propriam naturā crassa facta. Sed animum adhibe etiam similitudini quæ dicetur. Sunto in vno eodemque carcere clausi, & homines & aquilæ, & columbæ, & cygni, & accipitres & hirundines & passeres & muscæ, & serpentes & Leones, & pardi, & lupi, & canes, & boues, & oues. Et quædam noua animalia, vt phocæ & hydri, & testitudines & nostri Crocodili. Et hæc omnia vno momento dimitti e carcere, prorsus petent homo quidem fora, & domos, Aquila vero in ætherem

volabit, vbi naturam habet dege-
re. Columbæ in proximum aerem.
Accipitres in ſuperiora. Hirundi-
nes, non ne vbi homines habitant.
Paſſeres vero in fructiferas arbo-
res. Cygni vbi eis canere liceat.
Muſcæ circa proximam terram,
tantum ab ea diſtantes quantum
odore hominibus inſilire queant,
Lambere enim homines muſcæ
peculiariter expetunt & humi vo-
lant. Leones vero, & pardi in
montes. Lupi in ſolitudine. Ca-
nes poſt hominum veſtigia. Le-
pores vero dumeta, & boues ſta-
bula & prata, & oues paſcua. Ser-
pentes in cauernas terræ. Phocæ
& teſtitudines cum ſimilibus, in
profunda, & riuos ne & campe-
ſtri terra priuentur, neque cogna-
ta aqua deſtituãtur. Singula nam-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

que in propriam regionem ab interno iudicatore, inducuntur. In hunc modum ſingulæ animæ & in homines deſcendentes, & aliquo quouis modo in terram veniens, nouit quo eam abire oporteat. Niſi ſi quis, Typhoniorum, o fili, præteriens dicat, poſsibile eſſe, taurum in profundo, in aere teſtitudinem vitam agere. Si vero hoc patiuntur, carni, & ſanguini immerſæ, vt nihil ſine ordine agant, tametſi ſupplicio afficiantur. Supplicium enim illis eſt corporibus includi. Quanto magis, immerſione & poena liberæ, & libertatem propriam adeptæ? Ordo autem ſacratiſsimus, iam olim ita ſe habuit, fili magnifice. Intuere animarũ ordines. A vertice cœli vſq; ad lunam, Dijs & ſtellis, & reliqua prouidentia,

vacat. A luna vero, o fili, ad nos, animarum eſt domicilium. Habet tamen in ſe ipſo viam tantus aer, quam ventum vocare eſt nobis in more, propriam magnitudinem in quo mouetur ad refrigerationem terrenorum. Quod & poſtea dicam. Nullo tamen modo in ſe motus impedimentum fit animabus. Dum enim hic mouetur, licet animabus inſilire, quo voluerint nullo prohibente. Fluunt enim per ipſum, ſine miſtione vlla, & impediente nullo, ſicut per oleum aqua. Interuallum autem hoc, o fili, Hore, partium eſt generalium quatuor, propriarũ vero regionũ ſex. Quarũ, quæ ſupra terram eſt, regiones habet quatuor, vt pote quæ per colles, & promontoria extẽdatur. Atq; eo vſq; pertingit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Nam supra has ascendere in altitudinem non habet naturam. Qua ab hac est, secunda est regionum. In qua fiunt ventorum motus. Adhibe mentem o fili, arcana enĩ audis mysteria. Inter terram & cœlum, est totius medij sacri spiritus regio vbi ventorum est motus, & auium volatus. Supra enim hanc, neque aer mouetur, neque animal fert. Habet tamen a natura, hanc potestatem aer hic vt in proprijs sit regionibus, & in terrenis quatuor perambulet, cum ijs quæ a terra habet animalibus, & in proprias potest ascendere. Tertia vero est regionum sexdecim, aeris tenuis, & puri plena. Quarta vero est duarũ & triginta. In quib⁹ est tenuissimus & sincerissim⁹ aer, & per eã terminans supra se cælos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

qui ignei ſunt natura. Eſt ordo hic per rectam lineam, a ſuperis ad infera, ſine vllo ſecundum naturam impedimento. Itaque partes quidem generales, ſunt quatuor, interualla vero xij. Regiones autem ſex. In regionibus vero his, quæ ſexaginta ſunt numero; habitant animæ quæq;, ad quam natura eſt diſpoſita. Nam cum vnius & eiuſdem ſint conſtitutionis, non tamen eodem ſunt honore. Quanto enim quæq; regio a terra ſublimior eſt quàm alia. Tantum etiam in animabus alia, ab alia in excellentia differt o fili. Et regio, & anima. Quædam ergo in vtramq; partem redeunt animæ. Hinc rurſus o magna gloria fili Hore, recenſere incipiam a ſuperis ad terrena ordinem texens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quæ inter cœlum & terrã ſunt, o Fili Hore, diſtincta ſunt, menſura & harmonia. Regiones hæc a progenitoribus vocantur his quidem Zonæ, ab illis firmamenta, ab alijs vero plagæ. In his meant ſolutæ corporibus animæ. Et quæ nondum in corpora ſubierunt. Quæq; vero ipſarum, o fili ſecundum dignitatem, etiam regionem habet. Ita vt diuinæ & regiæ in ſuprema omnium habitent. Minores vero, infra ſunt. Et aliæ quæ humi volant in infima omnium Medias vero in media. Quæ ad imperandum dimittuntur o fili Hore, a ſupremis demittuntur Zonis. Et ſolutæ in eaſdem, aut etiam ſuperiores redeunt, niſi aliquæ, nondum dignitatem propriæ naturæ, & diuinæ legis præceptum adim-

plerunt.

plerunt. Quas superna prouidentia, ad mensuram delictorum in inferiores regiones exterminat, pro ut & alias, quæque & potentia, & dignitate sunt deteriores. Et inferis enim in maiores, & sublimiores deducit. Sunt enim in superis ij qui satellites sunt vniuersalis prouidentiæ. Quorum quidem, alius est animarum Penuatius. Alius demissor, & ordinator incorporatum animarum. Et hic quidem custodit, ille vero promit Dei sententiam. Sermone ergo, hoc o fili, & in supera rerum mutatione, & in terra est natura. Quæ effingit & vasa facit in quæ animæ induntur. Adsunt vero ei energiæ duæ, Memoria, & experientia, & Memoria quidem hoc habet opus, sicut natura seruet & retineat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cuiuſque figuram quæ ab initio ſit iniecta, & fiat e ſuperis figmentis. Experientia vero, vt proportione cuiuſque deſcendentium animarũ ad incorporationem, etiam figmẽtum reſpondeat & operetur. Et velocibus quidem animarum, velocia fiant, & corpora. Tardis autem tarda, efficacibus efficacia, inertibus inertia, & potentibus, potentia, & doloſis doloſa. Et vt ſemel dicam, prout quamque decet. Non enim temere volucribus plumas dedit. Rationalia vero excellentioribus, & exactioribus, ſenſibus ornauit. Quadrupedum autem hæc cornibus, illa dentibus, alia vguibus, alia vngulis armauit. Serpentia vero flexibilibus, & cedentibus emolliuit corporibus. Ita tamen vt ne corporis hu-

midi-

miditas ea penitus debilia redde-
ret. Quorum, quidem ora, denti-
bus quoque ſepijt. Alicui vero
molem acutiei robur circumue-
ſtijt. Atq; hoc modo mortis cau-
tione alijs fortiora reddidit. Na-
tantia vero quæ timida ſunt iuſsit
elementum inhabitare in quo lu-
men, neutram ſuam poteſtatem
exercere poteſt. Nam in aqua
ignis neque lucet, neque vrit. Sin-
gula vero ipſorum, vel ſquamis,
vel ſpinis, in aqua natant. Et quo
volunt fugiunt proprio circunda-
ta pauore. Et tegumentum ha-
bent aquam, ne conſpiciantur. In
vnoquoque enim horum corpo-
rum, per ſimilitudinem includun-
tur animæ. Ita vt in homines ve-
niant iudicatrices, in volucres,
quæ iudicio carent. Lex enim
ipſis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ipſis eſt, robur in ſerpentes, doloſas. Nullum enim ipſorum e conſpectu aggreditur homines. Sed ex inſidijs feriunt. In natantia vero pauidas, & quæcunq; alijs elementis frui non ſunt digne. Et tamen in vno quoque inuenire, animal propria natura, non abutens. Quo modo id rurſus o mater, dixit Horus? Et reſpondit Iſis. Ita, o fili, vt homo iudicium tranſgrediatur. Quadrupes vero neceſsitatem, commutet ſerpentia vero vt dolum amittant. Et natantia pauorem non curent. Et volucres ab inhumanitate excedant. Et de diſpoſitione quidem ſuperiorum, & eorum deſcenſu, & corporis opificio, hæc ſunt dicta. Accidit autem o fili vt in vnaquaque ſpecie, & genere inueniantur animæ

quædam regiæ, & deſcendant a-
liæ aliter. Has quidem ignitas, a-
lias frigidas, alias ſuperbas, alias
manſuetas, alias vili artificio dedi-
tas. Alias peritas, alias imperitas,
alias inertes, alias quoq; efficaces.
Alias denique aliter ſe habentes.
Accidit autem eis hoc a locorum
poſitione vnde in corpora mit-
tuntur animæ. Nam aliæ a Regia
Zona decidunt, vigore ſimiles a-
nimæ. Multæ enim ſunt regiæ.
Nam alia ſunt animarum alia cor-
porum, alia artis, alia ſcientiæ. A-
lia ſui ipſius. Quo modo inquit.
Horus, & ſui ipſius? Prout, o fili,
in iam factis. Animarum quidem
Oſiris pater tuus, corporumque
cuiuſque gentis, dux. Conſilij
vero, pater & magiſter omnium
Triſmegiſtus Hermes. Medicinæ

autem

autem Asclepius Vulcani. Virium vero & roboris rursus, Osiris. Post quos, o fili tu ipse. Philosophiæ vero Arnebascenis. Poetices autem Asclepius Imuthes. In vniuersum namque o fili inuenies, si exacte perpenderis multos & multorum principes, & multos multorum reges. Sed qui omnib. imperat, o fili, ex superna est regione. Qui vero particulatim regnat, id habet, a qua est, magis regia. Qui Zona ignis operarij sortiuntur fiunt, & ciborum. Qui vero ab humido, in humidis Zonis. Qui vero a sciente artifice, circa scientias versantur, & artes. Ab inertia vero, ociose viuunt. Omnium enim quæ in terra sunt, o fili, opera per sermonem aut actionem facta, sursum fontes sunt, mensura, &

pen-

pendere infundentes nobis eſſen-
tias. Et nihil eſt, quod a ſuperis
non deſcendit,& ſurſum aſcendit,
vt deſcendat. Quo modo id rur-
ſus ais, o mater paradoxum? Et
rurſus reſpondit Iſis. Recurſus,
hoc manifeſtum ſignum animali-
bus indidit ſacratiſsima natura.
Quod ex ſupero aere recipimus
ſpiritum, eum ipſum ſurſum reſpi-
ramus, vt recipiamus. Et ſunt,
huius, o fili, operis artifices in no-
bis pulmones. Qui poſtquàm
clauſerint partes ſuas ſpiritus re-
ceptiuas, tunc nos, nō eodem nos
habemus modo, ſed ſumus ſublati.
Adnaſcuntur, o fili magnanime a-
lia quædam nobis extra figmenti
conſtitutionem. Quid vero id eſt,
dixit Horus, figmentum hoc o ma
ter? Concurſus eſt & tempera-

mentum quatuor elementorum. A quo concursu, & temperiæ, exhalat vapor quidam, qui circundat animam, percurrit vero corpus ambobus tribuens, corpori scilicet & animæ propriæ qualitatis. Atq; ita differentiæ, animasticarum, & corporearum alterationum fiunt. Nam si in corporea concretione abundet ignis, tunc anima, quæ calida est natura aliũ calorem assumens, ignea magis effectu facit animal viuacius, corpus vero velox & facile mobile. Si vero abundet aer, tunc, & leue, & subsultans, & inquietum fit animal, & anima & corpore. Quod si superet aqua tunc, & animal fit quidem anima bene vtens, & bonæ indolis, & comes, & alijs conuersari, & iungi sufficiens, ob a-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quæ, naturalem vnitionem super-
nat enim cunctis, & si multa sit eã
in se resoluit, & ambit. Si vero sit
pauca, subit ea, quibus miscetur.
Corpora quidem ob mollitiem &
raritatem non compinguntur, sed
parua morbi occasione, soluũtur,
& a proprio vinculo paulatim, ex-
cidunt. Si vero terrestre fuerit
abundantius, tunc obtusa fit ani-
malis anima, non habens corporis
raritatem solubilem, neque per
quod saliat, cum sensuum membra
sint crassa effecta. Sed intra se ma
net, ob grauitatem & densitatem
vincta. Corpus vero, solidum
quidem, sed iners, & graue. Et
per electionem vix mouetur. Si
vero mediocris sit omnium con-
stitutio, tunc animal calidum
ad actionem, leue autem ad mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tum bene temperatum ad tactum, validum ad compagem parařtur. Quæcunque igitur hac ratione particeps magis eſt ignis, & ſpiritus, hæc in aues ſunt efformata, & ſurſum apud illa verſantur elementa, ex quib9 etiam facta ſunt. Quæ vero plus ignis habent, paulum ſpiritus, aquæ vero & terræ æqua portione, hæc in homines tranſeunt. Et animali nimius calor in intelligentiam eſt verſus. Nam intellectus qui in nobis eſt, calida quædam eſt res, quæ vrere quidem neſcit, penetrat tamen omnia, & nouit. Quæ vero plus aquæ, & plus terræ, habent, mediocri vero ſpiritu, & pauco igne ſűt, hæc fiunt feræ. Et caloris abundantia alijs robuſtiora fiunt. Quæ autem terra & aqua ſunt æque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſunt participia, hæc in ſerpentes abierunt. Et ignis carentia pauida & ſine audacia ſunt genita. Communione autem aquæ, frigida facta, ob terram vero grauia, & pigra; ob ſpiritum autem facile mouentur, ſi motus ſit electiuus Quæcunque vero plus humoris, pauci vero ſicci, ea in piſces abierunt. Et caloris, & aeris carentia pauida ſunt & adyta. Humoris, vero abundantia & terreni, in luto & aqua ob cognationem habitant. Ad cuiuſque ergo elementi portionem & portionis ſuperantiam corpora etiam ætatem degunt. Ad paucitatem autem reliqua animalia, ſunt commenſurata ad actionem quæ ſingulorum elementorum eſſentiam conueniat. Adhuc, o fili cariſsime dico,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ex tali conſtitutione & primo eo-
rum congreſſu, quæ fit tempera-
tura. Et qui ex hac exhalat vapor,
in quantum propriam conſeruant
proprietatem, vt calor alium non
recipiat calorem, & aereus ſpiri-
tus, alium, neq; humor aliam humi-
ditatem, neq; quod terreum eſt, a-
liam denſitatem, in tantum animal
ſanum eſt. Nam ſi ita non mane-
ant, o fili, in ea quam ab initio ha-
buit menſura. Sed vel hæc abun-
dent non operatur, niſi per abun-
dantiam, neque in mutatione au-
gmenti proprij generis & corpo-
rum. Sed vt prædiximus conſti-
tuto ab elementis temperamento,
ita vt calor amplius creſcat, vel
amplius diminuatur, & aliæ ſimili-
ter ſe habeant, tunc ægrotabit a-
nimal. Nam cum ita ſit diſpoſi-

tus, & calor & aer, quæ ſimul ha-
bitant cum anima, tunc in altera-
tionibus & ecſtaſibus degit ani-
mal. Denſata enim ſunt elementa,
per quæ corrumpuntur corpora.
Nam corporis compago, eſt id i-
pſum terreſtre, & humidum quod
ad compactionem circumfundi-
tur. Nam aereum id eſt, quod in
nobis eſt motiuum, & horum om-
nium excitatiuus ignis. Sicut er-
go ex primo congreſſu, & tempe-
rie elementorum, qui fit vapor
quaſi accenſio, & exhalatio, qua-
lis ſi fuerit permiſta animæ, ducit
ſe ipſam in ſe ipſam vt ſe habet na-
tura vel proba ſit, vel non Proprie
tate & conuictu quæ ab initio
eſt ſortita, ſi permaneat anima,
ordinem ſeruat. Quando vero
quid ſuperadditur vel toti moli,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vel partibꝰ, vel etiã parti ab extra, & ſit abundãtior quàm ea quæ ab initio ei fuit, tunc vapor iſte alteratus, alterat vel animæ diſpoſitionem vel etiam corporis. Nam ignis & ſpiritus cum ſurſum tendant, ad animam recurrunt, quæ ex ſimili cum eis eſt regione. Humor vero & terreum cum ferantur deorſum, corpori quod ex eadem ſede eſt ſuperſidet.

Finis Libri XIII. Minerua mundi.

SCHOLION.

1. *In principio Iſidis. Per Deos, intellige ſubſtantias ſeparatas, iuxta philoſophos vel angelos iuxta fideles Chriſti.*

2 *Per potum dulcem, quem dicit accipere animas a Deo, intellige illuminationem, quam accipiunt anima.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

3 *Cum Deus dicit fiat Natura, & fœmina. Ponit alium ordinem productionis, ab illo, quem ponit Moses in principio Genesis. Quæ omnia, accipias, tamquam dicta à philosophis. Et non tam quam vera secundum fidem catholicam.*

4 *Quando ponit Deum dedisse sedes in cœlo animabus, vt possent mereri, vel demereri, falsum est in fide catholica.*

5 *Sicuti falsum est animas transire in bruta*

6 *Et quòd subeant corpora, vt ibi puniantur, falsa.*

7 *Falsum quoque, necessitatem dominari animabus.*

8 *Quando vocat hic & alibi, Deum Dæmonem male sonat, potest tamen bonum habere sensum, cum Dæmon significet sapientem.*

9 *Quando elementa loquuntur ad Deum, est phantasia poetica.*

10 *Quando ponit, aerem esse locum animæ Si intelligat animam rationalem, falsum est, & item infra, quando id replicat multoties sub aliis verbis.*

11 *Falsum quoque quòd animæ eandem pœnam habeant vinctæ, quam solutæ habebunt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

12 *Falsum itidem, animas habere loca, vnde veniant. Et a celebriore, descendere, quæ sunt nobiliores.*

13 *Falsum præterea, & animas descendere, & accipere cœlorum & elementorum dispositiones.*

14 *Item falsum, animas solutas in easdem regiones redire.*

15 *Falsum quoque, quòd animæ, eiusdem speciei non sint, si sint rationales.*

Fundamentum autem excludens omnium istorum error est. Quoniam fides nostra tenet Deum nouas creare animas & infundere nouis corporibus. Et infundendo creare, & creando infundere. Can Quod formatum 32. Q. I. D. Thomas receptus. 1. par. Q 90. ar. 4. Et Petrus Lombardus 2 sentent. Dist. 17. in principio

Similiter, anima rationalis est substantia per se subsistens, incorporea, immortalis, creata a Deo vno, de nihilo cum infunditur

DE

DE PROVIDENTIA & Fato.

Ex libris ad Ammonem.

OMnia vero fiunt natura, & fato. Et non eſt locus deſertus a prouidentia. Prouidētia vero eſt per ſe perfecta ratio, ſupercœleſtis Dei. Duæ autem ſunt ab ea notæ potentiæ, neceſsitas, & fatum. Fatum autem miniſtrum eſt prouidentiæ, & neceſsitatis. Fati vero miniſtræ ſunt ſtellæ. Neque enim fatum fugere quis poteſt, neq; ſe cuſtodire, ab ipſius vi magna. Arma namq; fati, ſunt ſtellæ. Secundum ipſum namq; cuncta efficiuntur, naturæ & hominibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

SCHOLION EIVSDEM Patris.

Falsum est quod ait fatum neminem fugere posse. Neq; se custodire à sua vi magna. Intelligatur, stellas inclinare quidem, sed non cogere. Alias tolleretur libertas hominis.

AD EVNDEM AMmonem.

Quæ vniuerso imperat mundo, prouidentia est. Quæ vero continet & complectitur, necessitas est. Fatum vero ducit, & circunducit omnia constringens. Natura enim eius est, cogere. Causa generationis, & corruptionis vitæ. Mundus quidem primus habet prouidentiam. Primus enim ipsam sortitur. Prouidentia vero

coextenditur cœlo. Quoniam & Dij circa ipſum reuoluuntur, & mouentur, infatigabilem, & inceſſabilem motum. Fatum vero, quoniam & neceſsitas. Et prouidentia, quidem, prouidet. Fatum vero cauſa eſt aſtrorum diſpoſitionis. Hæc lex, ineuitabilis, ſecundum quam cuncta ſunt ordinata.

EX SCRIPTIS AD Tatium.

DE FATO.

Recte mihi omnia dixiſti o pater. Sed adhuc mihi in memoriam reuoca. Quæ nam ſint ſecundum prouidentiam, & quæ ſecundum neceſsitatem, & ſimiliter ſecundum fatum? Dixi eſſe in nobis, o

Tati,

Tati, tres ſpecies incorporeorum & aliud quidem eſt intelligibile, hoc quidem ſine colore, ſine figura, incorporeum, ex ipſa prima & intelligibili eſſentia. Sunt etiam in nobis, huic contrariæ figurationes ipſum ſuſcipientes. Quod ergo mouetur ab intelligibili eſſentia, & ſuſceptum illico mutatur in aliam ſpeciem motus. Hæc vero idolum eſt intelligentiæ conditoris. Tertia vero ſpecies eſt incorporea quæ circa corpora eſt accidens. Locus, tempus, motus, figura, ſuperficies, magnitudo, forma. Et horum differentiæ duæ. Hæc quidem ipſarum eſt propriæ qualis. Illa vero corporis. Propriæ qualis, figura, color, forma, locus, tempus, motus. Corporis vero propria eſt figurata figura,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

gura, & coloratus color. Eſt vero, & formata forma, & ſuperficies & magnitudo. Hæc horum non participant. Intelligibilis igitur eſſentia, Deo proxima, ſeu ipſius habet poteſtatem. Et ſeruandi alterius ſeipſam ſeruans. Deinde hæc eſſentia, ſub neceſsitate non eſt. Relicta vero a Deo, eligit corpoream naturam. Et electio eius ſecundum prouidentiam eſt. Hoc vero mundi fit. Irrationale autem omne mouetur ad quandam rationem. Et ratio quidem ſecundum prouidentiam, irrationale autem ſecundum neceſsitatem. Quæ vero circa corpora ſunt accidentia, ſecundum fatum. Et iſte eſt ſermo, eorum, quæ ſecundum prouidentiam, & neceſsitatem, & fatum.

DE TEMPORE.

Ad eundem Tatium.

Itaque de tribus temporibus inuenire. Neque enim per ſe ſunt, neque vnita ſunt. Et rurſus ſunt vnita. Et per ſe ſunt, ſi ſeorſum eſſe a præterito exiſtimes præſens, impoſsibile eſt extare, niſi & præteritum fiat. Nam ex eo quod abijt, præſens fit. Et ex præſenti, futurum aduenit. Si vero opus eſt etiam amplius examinare in hunc modum ratiocinemur. Præteritū quidem tempus, abijſſe, vt non amplius ſit idem. Futurum autem nondum conſiſtere, eo quòd nondum adeſt. Sed neque præſens adeſſe, eo quod maneat. Nam quod non ſtat momentum habēs,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

neque centri permanentiam; quo modo temporis præsens esse dicetur? quod neq; stare potens est. Et rursus præteritum cōiunctum præsenti, & præsens futuro fit. Non enim seorsum sunt, id entitate, & vnione, & continuitate. Ita & continuum, & discretum fit vnum sit, & idem tempus.

DE STELLIS.

Ad eundem.

Ita o fili, eorum omnium quæ vniuersaliter accidunt, energia, ab his est. Quod dico, intellige. Regum euersiones, vrbium insurrectiones, pestes, fames, inundatio maris, terræ motus. Nihil horum o fili, absque horum energia fit. Ad hæc, intellige etiam. Namque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

isti non præsunt illis. Nos vero sub septem sumus. Non intelligis etiam in nos, quandam illorum peruenire energiam? vel quæ in ipsa, vel per ipsa. Quæ nam ipsis fuerit o pater, corporis figura? Hos multitudo vocat dæmonas. Neque enim proprium quoddam genus est dæmonum. Neq; alia corpora habentis, ex propria quadam materia, neq; anima, mouentur sicuti nos. Sed energiæ sunt sexaginta sex horum Deorum. Ad hæc etiam intellige, o Tati, factum eorum quod & in terram spermatizant, eas quæ vocantur, Tanæ, has quidem salutares, alias vero perniciosissimas. Adhuc in cœlo, quæ feruntur stellæ, generant sibi ministros, & seruos, & milites habent. Isti vero ab illis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

misti feruntur in æthere suspensi, huius locum replentes ne sit ibi locus vacuus stellis, ornantes vniuersum actionem propriam habentes, subordinatam vero ipsos triginta sex energiam. Ex quibus etiam per regiones fiunt corruptiones, aliorum animatorum animalium. Et multitudo animalium, quæ fructibus nocent. Sub istis est quæ vocatur, vrsa, per medium Zodiaci, ex astris composita septem, habens contrariam aliam super capite. Huius quidem energia est, vt axis, nusquam Occidentis, neque orientis, sed manētis in eodem loco, circa ipsum reuolutæ. Et efficientis, Zodiaci circuli vim, in hoc vniuersum. A nocte, diei, a die nocti. Post hanc est alius chorus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſtellarum, quas nos nomine non ſumus dignati. Poſteri vero imitati, & ipſi cognomina his imponent. Sub Luna vero, ſunt aliæ ſtellæ corruptibiles, ocioſæ, ad paucũ tempus conflatæ in aere ſuper terra, ex ipſa terra euaporati. Quos & nos videmus diſſolui; naturam habentes, ſimilem inutilibꝰ animalibus quæ ſuper terra ſunt. Et ad aliud nihil fiunt, niſi ſolum vt corrumpantur, quale eſt muſcarum genus, & pulicum & vermiũ, & aliorum ſimilium. Etenim illa, o Tati neque nobis, neq; mundo ſunt, vtilia. Sed contra, ſunt moleſta, & ſunt naturæ ſequellæ, & e ſuperfluo generationem ſortita. Eodem modo, & ſtellæ a terra exhalatæ ſuperum locum non attingunt (nequeunt enim) vt pote ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

infera parte aſcendentes, ſed valde graues trahuntur deorſum a propria materia, & diſſoluuntur celeriter. Et ſolutæ rurſus in terram cadunt, nihil operatæ, præter quam quod aerem ſuper terram turbarunt. Aliud eſt genus, o Tati, id quod vocatur cometarum, quæ pro tempore apparent. Et rurſus paulo poſt inuiſibiles fiunt. neque occidentes, neq; diſſolutæ. Alij vero manifeſti præcones fiũt vniuerſalium euentuum qui ſunt futuri. Iſti vero locum habent ſub ſolis circulo. Cum igitur aliquid mundo eſt euenturum, iſti apparent. Et paucis diebus apparentes, rurſus ſub circulum venientes ſolis inuiſibiles manent, in ſubſolano cum apparuerint. Alij vero in Borrhea. Alij in Lybe, alij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

in Noto Prophetas autem hos vocamus. Et ſtellarum quidem hæc eſt natura. Stellæ vero ab aſtris differunt. Stellæ namque ſunt, eæ quæ in cœlo pendent. Aſtra vero quæ cœli corpori ſunt impoſita. Et cum cœlo circumferuntur. Ex quibus duodecim animalia appellauimus. Qui hæc non ignorat, exacte poteſt deum intelligere. Sed ſi audenter effari oportet, & e proximo contemplari. Et poſt quam fuerit contemplatus beatum euadere. Beatus reuera, o pater, qui hunc cōtemplatus fuerit. Sed impoſsibile eſt o fili, dum quis in corpore eſt, id ſortiri. Sed oportet nos præexercere hic animam, vt ibi cum ſit, vbi contemplari licet, a via non erret. Quocunque vero homines amore cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

poris, nunquam conſpicient pulchri, ac boni faciem. Qualis enim pulchritudo o fili, quæ neque figuram; neque colorem; neque corpus habet? Fuerit ne o pater, ſine his, aliquid pulchrum? Solus Deus o fili, ſeu potius maius quid Dei nomine.

SCHOLION.

Quando in fine ait ſeu potius maius quid Dei nomine, loquitur per exceſſum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISmegisti.

DE ANIMA.

Ad eundem Ammonem.

LIBER XIIII.

ANima igitur eſſentia eſt incorporea. Et in corpore exiſtens, non egreditur a propria eſſentialitate. Eſt namque immobilis per eſſentiam, & per intellectionem per ſe mobilis. Non in aliquo mota, non ad aliquid, non gratia alicuius. Prior enim eſt potentia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Prius vero, non eget posteriorib⁹. Igitur quod est in aliquo, est locus, & tempus, & natura. Ad aliquid vero est harmonia, & forma, & figura. Quod vero gratia alicuius est, corpus, & locus, & tempus, & natura. Hæc autem, ob cognatam proprietatem communicant mutuo. Cum ergo corpus indigeret loco; impossibile enim erat consistere corpus sine loco, & mutuatur natura. Impossibile autem est mutationem esse sine tempore, & motu secundum naturam. Neque corporis constitutio esse potest sine harmonia. Gratia ergo corporis est locus. Suscipiens enim corporis mutationes, non sinit disperdi id quod mutatur. Dum vero mutatur ab alio, in aliud recidit. Et habitu quidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

priuatur, corpus autem eſſe, nequaquam. Mutatum vero in aliud, alterius habitum habet. Corpus enim erit corpus. Diſpoſitio vero qualitatis, non manet. Corpus ergo ſecundum diſpoſitionem mutatur. Incorporeus igitur locus, & tempus, & naturalis motus. Habet vero horum vnum quodq; propriam proprietatem. Proprietas autem loci, receptio. Temporis vero interuallum, & numerus. Naturæ autem motus. Harmoniæ vero amicitia, corporis autem mutatio. Proprietas vero animæ eſſentialis intellectio. Mouetur autem id; quod mouetur per actionem motus, quæ mouet vniuerſum. Natura enim vniuerſi vniuerſo præbet motus. Vnum quidem ſecundum potẽtiam

eius, alium vero ſecundum actum. Et ille quidẽ penetrat per vniuerſum mundum, & intra continet. Alias autem præterit, & extra cõplectitur. Et per omnia peruadunt communiter. Et natura omnium, germinãs, ea quæ fiunt, germinationem præbet ijs quæ germinantur. Seminans quidem ſua ſemina, generationes habens per materiam mobilem. Et dum mouetur, calefit: & fit materia, ignis & aqua. Ille quidem validus & potẽs, hæc vero patiens. Ignis autem contrarians, aquæ ex ſiccauit aliquid aquæ, & facta eſt terra vecta ſuper aqua. Cum vero circumſiccaretur, vapor factus e tribus, ex aqua, & terra, & igne, aer euaſit. Hæc conuenerunt ſecundum harmoniæ rationem. Calidũ, frigi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dum, ſiccum, humidum & ex conſpiratione horum, factus eſt ſpiritus, & ſemen analogum ambienti ſpiritui. Hoc vero in matricem cadens, non quieſcit in ſemine. Non quieſcens autem mutat ſemen. Mutatum autem, incrementum accipit, & magnitudinem. Ad magnitudinem vero idolum attrahit figuræ, & figuratur. Vectatur autem ſuper figura, forma, per quam & formatur, id quod formatur. Cum ergo ſpiritus non haberet in vtero vitalem motum, ſed combuſtiuum & hunc harmonia compoſuit, ita vt ſuſceptrtx fieret intellectualis vitæ. Eſt autem hæc impartilis, & immutabilis, numquam egrediens ab immutabilitate. Quod vero in vtero eſt numeris fouet & obſtetricatur, & in exterio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

teriorem aerem ducit. Et proxi-
me anima exiſtens, appropriatur,
non ſecundum cognatam proprie
tatem, ſed ſecundum fatalem. Non
enim amat, eſſe cum corpore. Ob
id fataliter præbet genito, intelle-
ctualem motum, & intellectualem
vitæ ipſius eſſentiam. Irrepit e-
nim in ſpiritū, & mouet vitaliter.

Ad eundem Ammonem.

Eſt igitur anima incorporea eſ-
ſentia. Nam ſi habet corpus, non
amplius ſui ipſius erit ſeruatrix.
Omne enim corpus eget vt ſit: e-
get etiam vita, quæ in ordine ſit
poſita. Omne enim quod gene-
rationem habet magnitudinem
quoque ſequi oportet. Quod e-
nim fit in magnitudine fit, & in

magni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

magnitudinem creſcit. At omni aucto, conſequitur diminutio. Diminutioni, corruptio. Particeps vero factum forma vitæ, viuit, & communicat ipſo eſſe, per animā. Cauſa vero alteri vt ſit, ipſa prius ens eſt. Eſſe autem nunc dico, rationem adipiſci & participare vitam intellectualem. Anima autem præbet vitam intellectualem. Vocatur autem animal ob vitam, rationale autem, ob intellectualem naturam, mortale vero ob corpus. Anima ergo incorporea eſt, impermutabilem habens potentiam. Quo enim modo poteſt dici animal non exiſtente eſſentia quæ vitam præbeat? Sed neque rationale poteſt dici, niſi ſit intellectualis eſſentia, quæ præbeat intellectualem vitam. In omnib. au-

tem non peruenit ipſum intelle-
ctuale, ob corporis conſtitutionē,
ad harmoniam. Nam ſi in conſti-
tutione ſuperet, calor, leue & ca-
lidus efficitur. Si vero frigus, gra-
ue & pigrum fit. Natura namque
accommodat corporis conſtitu-
tionem ad harmoniam. Species
autem harmoniæ tres. Secundum
calorem, ſecundum, frigus, ſecun-
dum medium. Accommodat au-
tem iuxta prædominium ſtellæ,
in aſtrorum temperie. Accipiens
autem anima, prout in fato eſt,
huic præbet vitam, naturæ opere.
Natura ergo aſsimilat harmoniam
corpori aſtrorum temperatione,
& vnit quæ multis ſunt miſta mo-
dis ad aſtrorum harmooiam ita vt
ſibi mutuo habeant ſympathiam.

Finis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Finis namq; aſtrorum harmoniæ eſt generare ſympathiam ſecundum fatum ipſorum. Anima ergo eſt, o Ammon, eſſentia in ſe perfecta, ab initio eligens vitam iuxta fatum, & attrahit ſibi rationem ſimilem materiæ, habentem, iraſcentiam & concupiſcentiam. Et iraſcentia eſt materia. Hæc ſi habitum fecerit ad animæ intellectionem, fit fortitudo, & non abducitur a timore. Concupiſcentia autem abducitur. Hæc ſi habitum fecerit, ad animæ ratiocinium, fit temperantia & non mouetur a voluptate. Supplet enim ratiocinium indigentiã concupiſcentiæ. Quando vero ambæ cõcordes fuerint, & æqualem habitum fecerint & hæreant ambæ animæ ratiocinio, fit iuſtitia. Æqualis enim habitus

ipſorum, tollit quidem exceſſum iraſcentiæ, adæquat autem indigentiam concupiſcentiæ. Principium vero eſt intellectualis eſſentia per ſe exiſtens, in ſua prouidente ratione imperium habens, ſuam ipſius rationem. Imperat autem & ductat hæc eſſentia tamquam princeps. Ratio autem ipſius prouidens vt conſiliarius eſt. Ratio ergo eſſentiæ eſt cognitio ratiocinationum, quæ præbent irrationali parti ſimilitudinem ratiocinij. Obſcuram quidem vt ad ratiocinium: ratiocinium vt ad irrationalitatem, tamquam Echo ad vocem, & lunæ ſplendor ad ſolem. Accommodantur autem iraſcentia & concupiſcentia ad quoddam ratiocinium, & trahunt ſeſe mutuo con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tra. & attrahunt in se ipsas circularem ratiocinationem.

SCHOLION.

Quando dicit animam, vitam eligere iuxta fatum, & attraxisse sibi rationem, falsum est, vt patet ex diffinitione animæ, & ex supradictis, Et similiter falsum quòd anima sit ex essentia genita.

Quando ait animam esse ex essentia genitam, pro falso est accipiendum.

Anima omnis immortalis, & semper mobilis. Diximus. n. in generalibus, motus, alios esse ab energijs, alios a corporibus. Dicimus aũt animam ex essentia quadam, non materia esse genitam. in corporea existẽs & illa incorporea existente. Omne. n. quod gignitur necesse est ex aliquo esse genitũ.

Quorumcunq; ergo generatio-
nem corruptio consequitur, eam
duo motus sequuntur necessario.
Motum ab anima, a qua mouetur
& motum corporis, per quem au-
getur? & minuitur. & præterea re
soluta soluuntur. Hunc deffinio
motum corruptibilium corporũ.
Anima vero semper mobilis, quia
& ipsa semper mouetur, & alijs
motũ efficit. Per hanc ergo ratio-
nem anima omnis est, immorta-
lis, & semper mobilis, habens mo-
tum, suam energiam. Ideæ vero ãi-
marũ sunt, Diuina Humana, Irra-
tionalis. Diuina quidem diuini
corporis, in quo eius energia.
In ipso namque mouetur. &
ipsum mouet. Nam post-
quam a mortalibus animalibus

libera facta fuerit, ſeparata ab irrationalibus ſuis partibus exiens in diuinum corpus, vt ſemper mobilis in ſe ipſa mouetur, circumlata cum vniuerſo. Humana vero, habet quidem, & diuinum, coniunctæ autem ipſi ſunt irrationales, concupiſcentia, & iraſcentia. Et ipſæ quidem immortales, prout & ipſæ ſunt energiæ. Sed energiæ mortalium corporum. Quoniam a diuina quidem parte animæ, quæ in diuino eſt corpore longe abſunt. Quando vero hæc ingreditur mortale corpus, etiam illæ adueniunt, & præſentia ipſorum, fit ſemper, anima humana. Irrationalium autem anima conſtituta eſt ex iraſcentia, & concupiſcentia. Ideo irrationalia vocata ſunt hæc animalia, priuatione rationis ani-

mæ.

mæ. Quartam vero cogita inanimatorum, quæ cum extra corpora ſit operando ea, mouet. Hæc ſi fuerit in diuino, corpore, mota ipſa, & illa veluti per tranſitum, mouet.

Anima ergo; eſt æterna intellectualis eſſentia, intelligentiam habens, ſuam ipſius rationem. Et dum intelligit dianœam harmoniæ attrahit. Libera autem facta a naturali corpore, ipſa per ſe ipsā manet. Ipſa ſui ipſius exiſtens, in intelligibili mundo. Imperat autem ſuæ rationi, ferens ſimilem motum in ſua intellectione nomine vitam, ei quod in vitam venit. Hoc enim proprium animæ eſt præbere alijs ſimilitudinem, proprietatis ſuæ. Duæ igitur ſunt vitæ, & duo motus. Altera quidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſecundum eius eſſentiam. altera vero ſecundum corporis naturam. Et alia quidem generalior, alia particularior. Et quæ ſecundum eſſentiam eſt, ſuæ eſt poteſtatis, illa vero neceſsitans. Omne .n. quod mouetur, motoris neceſsitati ſubiacet. Mouens autem, motus intellectualis eſſentię amori appropriatur. Fuerit nanque anima incorporea, non particeps eſſentiæ naturalis corporis Nam ſi haberet corpus, neque rationem haberet, neq; intellectionem. Omne.n.corpus, amens eſt; ſed accepta eſſentia, obtinuit eſſe animal ſpirans, & ſpirit⁹ quidē corporis eſt. Ratio autē eſſentię pulchri eſt contēplatrix. Sentiens vero ſpiritus, apparentium iudica-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tor eſt. Diuiſus autẽ eſt; in organicos ſenſus. Et eſt pars eius quædam ſpiritualis viſio, & ſprit⁹ audiens, & odorans, & guſtās, & tāgẽs. Hic vero ſpirit⁹ attollẽs & ad dianæam, iudicat ſenſum. Quod ſi nō phantaſiatur tantum Corporis enim eſt, & ſuſceptor omnium. Ratio autem eſſentiæ eſt id, quod ſapit. Coexiſtit vero rationi honorabilium cognitio. ſpiritui vero, opinio. Hæc. n. ab ambiente mundo energiam habet. ipſa vero a ſe ipſa.

Sunt ergo, eſſentia, & ratio, & intellectio, & dianœa. Fertur vero ad dianœam, & opinio, & ſenſus. Vadit vero ratio ad eſſentiam Intellectio: vero per ipſā it. implicatur vero intellectio: dianœæ; meantia vero in ſe iuicē, vna idea fiūt.

Hæc autem eſt idea ipſius animæ. Fertur vero ad ſuam dianœam opinio, & ſenſus. Hæc autem in eodem manent. Vnde & exceſſus fit, & defectus, & in ſe ipſo diſſenſio. Peior quidem fit, quando reuellitur dianœa. Quando vero ſequitur, & paret, communicat cum intellectuali ratione per mathemata. Electionem autem habemus. Eligere namque præſtantius, in nobis. Similiter & deterius, inuoluntariè. Hærens enim electio in malis, propinquat corporeæ naturæ. Ob hoc, eligenti fatum dominatur. Cum ergo in nobis intellectualis eſſentia, libera eſt, libera quoque eſt prouidens ratio. Hæc enim ſemper ſecundum eadem, & eodem modo ſe habet. Ob id fatum, hanc non attingit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

tingit. Apponens primam, a primo Deo, intellectualem rationẽ, progreditur, & totam rationem, quam ordinauit natura ijs quæ generantur. His anima communicat etiam eorum fatis, imparticeps cum ſit naturæ genitorum. Non differt a fato, id quod eſt coactum per implicationem partium complexam.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISmegisti.

DE INTELLECTIONE & ſenſu.

LIBER XV.

HEri, o Aſclepi, perfectũ edidi ſermonem. Nunc vero neceſſariũ puto, conſequenter illũ etiã, de intellectione, & ſenſu ſermonẽ diſſerere. Senſus namq; & intellectio differentiam videntur habere, quod quidem ille materialis ſit, hæc vero eſſentialis. Mihi vero videntur, vtraque vnita eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

& non diuidi, in hominibus inquam. Nam in alijs animalibus ſenſus naturæ eſt vnitus, in hominibus vero intellectio. Intellectione intellectus differt tantum, quantum Deus a diuinitate. Diuinitas enim a Deo fit. Intellectio vero ab intellectu. Soror exiſtens orationis, & ſunt organa ſibi inuicem. Neque enim ſermo voce effertur ſine intellectione. Neque intellectio fit palam, ſine oratione. Senſus ergo & intellectio, ambo in hominem ſimul influunt, veluti ſimul complexæ. Neq; .n. ſine ſenſu poſsibile eſt intelligere. neq; ſentire ſine intellectione. Poſsibile tamen eſt, intellectionem ſine ſenſu intelligere. Quemadmodū ij qui per

ſomnia

ſomnia panthaſia viſiones intuen-
tur. Mihi autem videtur ambas
actiones factas eſſe in ſomniorum
viſione. Nam ſenſus ex ſomno in
vigiliam excitatur. Diuiditur au-
tem homo, in corpus & animã. Et
quando vtraque pars, ſenſus ad in
uicem conſonabunt, tunc intelle-
ctionẽ pronunciari parturitã ab in
tellectu. Intellectus.n. grauidus eſt
omniũ intellectionum, quæ bonæ
ſunt, quãdo a Deo ſemina accepe-
rint, cõtrariæ vero, quando, a Dæ
monibus. Nulla mundi parte va-
cua dæmonis exiſtente, qui ſubin-
trans ſeminauit ſuæ propriæ actio
nis ſemen, adulteria, homicidia,
verbera, ſacrilegia, impietates, ſuf-
focationes, per prærupta precipi-
tationes, & alia omnia quæcunq;
ſunt malorum dæmonum opera.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Dei namque ſemina pauca, magna quidem & pulchra & bona, virtus, & temperantia, & pietas. Pietas vero eſt Dei cognitio. Quem qui agnoſcit, repletus omnibus bonis, intellectiones diuinas habet & nō ſimiles vulgaribus. Ob id ij qui in ea cognitione ſunt, neque turbæ placent, neque turba ipſis. Furere vero videntur, & riſum concitant, odio habiti, & contemptui, & forſan etiam occiduntur. Nequitiam enim hic oportere habitare diximus, in propria cum ſit regione. Regio enim eius terra eſt, non ipſe mundus, ſicuti aliqui, aliquando dicent, blaſphemantes. Sed prius homo, omnia contēnet, cognitioni inhærens. Omnia enim huic, quamuis alijs ſint mala, bona ſunt. Et conſilio nixus cun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cta in cognitionẽ refert. Et quod mirandũ eſt, ſolus mala, pro bonis habet. Redeo rurſus ad ſermonem de ſenſu. Humanũ ergo eſt cõmunicare in homine, ſenſum intellectioni. Non tamen omnis homo, vt ante dixi fruitur intelligentia. Nã hic quidem materialis eſt, ali⁹ eſſentialis. Is. n. qui nequã eſt, materialis, vt dixi, a dæmonibus ſemen intelligentiæ obtinet. Qui vero cum bono eſſentialiter ſunt, a Deo ſeruantur. Nam Deus conditor omnium cũ ſit, cõdens omnia facit quidem ſibi ſimilia. Hæc vero bona effecta in vſu, opere ſterileſcunt. Mundana .n. latio generationes atterens, quales facit: alias quidem fœdans nequitia, alias vero purgãs bono. Et mundus Aſclepi, ſenſum proprium, & intelli-

gentiam

gentiam habet non similem humanæ, neq; tam variam, sed prestantiorem, & simpliciorem. Sensus enim & intelligentia mūdi, vna est, eo quod omnia facit, & in se ipsam destruit, cum organum sit voluntatis Dei, & sic est organizata vt omnia apud se a Deo recipiens semina, & in se conseruans, omnia faciat, manifestè, & dissoluens renouet. Et ob id dissoluta, tamquā bonus vitæ agricola, seminis iactu, renouationem ipsis natis prebet. Non est quod non viuum gignat, proferens, germinans vero omnia viuificat. Et simul & locus est, & conditor vitæ. Corpora vera quæ a materia, sunt in differentia. Nā alia sūt e terra, alia ex aqua alia ex aere, alia ex igne. Omnia vero sūt cōposita alia plus, alia sūt

ſimpliciora. Plus quidem grauiora, minus vero leuiora. Velocitas vero ſuæ lationis, varietatem, qualium efficiat generationum. Nam flatus denſus cum ſit, protendit qualitates corporibus, cum vna plenitudine vitæ. Pater quidem Deus eſt mundi. Mundus vero eorum quæ ſunt in mundo. Et mundus quidem filius Dei. Quæ vero in mundo, ipſius mundi: Et iure mundus, eſt appellatus, ornat enim omnia varietate generationis, & indeficientia vitæ. Et non defatigata operatione, & neceſsitatis velocitate, & elementorum conſtitutione. Et ordine generatorum. Idem mundus & neceſſario, & proprie vocetur. Omnium ergo animalium, & ſenſus, & intellectio intrinſecus aduenit, in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſpirata ab ambiente. Mundus vero, ſemel dum fieret ſuſcipiens a Deo habet. Deus autem, non vt quibuſdam videturinſenſatus eſt, & amens. Superſtitione enim blaſphemant. Omnia namque o Aſclepi quæ ſunt, ea in Deo ſunt. Et a Deo cum fiant, inde pendent, alia per corpora operantur, alia per eſſentiã animariam mouẽtur, alia per ſpiritum viuificant, alia vero defeſſa, quæ ſunt ſuſcipiunt. Et id recta ratione. Quin etiam dico, quod neque ipſe ea habet, ſed verum pronuncio, ipſe omnia eſt, non extrinſecus ea ſuſcipiens ſed extra largiens ſenſu, ſenſus & intellectio eſt Dei, omnia ſemper mouere. Et non erit vmquam tempus, quando deficiat aliquod entium. Quando vero dico entium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

dico Dei. entia. n. Deus habet, & extra ipsum, nullum est, neque ipse extra vllum. Hæc tibi o Asclepi intelligenti, vera videbuntur, ignoranti vero incredibilia. Nam intelligere est credere. Non credere vero, non intelligere est. Sermo enim meus pertingit vsque ad veritatem. Intellect⁹ vero magnus est & a sermone quadamtenus deductus pertingere potest ad veritatem. Et circum intelligens cuncta, & inueniens consona, ijs quæ sermo est interpretatus, credidit & in pulchra fide requieuit. Iis ergo qui prędicta in Deo intellexerunt, credibilia sunt: non intelligentib⁹ vero, incredibilia. Hæc & tot de intellectione, & sensu dicta sunto.

FINIS.

HERMETIS TRISmegisti.

DE ENERGIA & ſenſu.

LIBER XVI.

RE&c hæc oſtendiſti o pater. Illa vero adhuc me doce. Dixiſti namque ſcientiam, & artem, eſſe energiam rationalis, Nunc vero dicis irrationalia animalia, priuatione rationis bruta eſſe, & vocari. Nimirum neceſſe eſt, ſecundum hunc ſermonem, bruta animalia non participare ſciẽtiã, neq; artẽ, quia priuata sũt ratione. Neceſſe eſt o fili.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quomodo igitur videmus, o pater, quædam bruta ſcientia, & arte vti. Veluti formicas, alimenta theſeurizare hyeme. Et aerea animalia ſimiliter nidos ſibi componere. Quadrupeda quoque cognoſcere foueas proprias? Hæc, o fili non ſcientia, neque arte faciunt, ſed natura, Scientia namq;, & ars docentur. Horum vero brutorū, nullum docetur. Quæ vero natura fiunt, veluti energia fiunt a natura. Scientia vero, & ars, cognoſcentibus adueniunt ſed nō omnibus natura tribuuntur. Veluti homines muſici, ſed non omnes. Neque omnes ſagittarij aut venatores. Neq; alia omnia. Sed quidam ipſorum aliquid, didicerunt, Scientia, & arte operante. Eodem modo, ſi quædam formicæ id fa-

cerent, aliæ vero non, recte dicere res ſcientia id ipſum facere. & arte colligere alimenta. Sed ipſæ omnes ſimilimodo ducãtur, a natura ad hoc faciendum etiã nolentes, clarum quòd non ſcientia neque arte id faciunt. Nam energiæ o Tati, incorporeæ cũ ſint, in corporibus ſunt, & per corpora operantes. Quare, o Tati, quatenus incorporeæ ſunt, & immortales eas ais eſſe. Quatenus vero agere, nequeunt ſine corporibus, aio ipſas eſſe ſemper in corpore. Nam quæ ad aliquid, vel alicuius gratia fiunt prouidentiæ, & neceſsitati, ſubiacent, nequeunt ocioſa nunquam manere a propria actione. Ens enim ſemper erit. Hoc enim eius & corpus, & vita eſt. Huic ſermoni conſequitur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quod etiam corpora ſemper ſint.
Ideo & ipſam corporationem di-
co ſemper eſſe per energiam. Nā
ſi corpora ſint terrena, diſſolubilia
ſunt. Corpora vero hæc oportet
eſſe& loca, & organa energiarum.
Energiæ vero immortales. Immor
tale vero ſemper eſt actu. Et corpo
ratio; ſiquidē ſēper eſt. Cōſequū-
tur vero animæ, non ſubito aduc-
nientes, ſed quædam ipſarum, ſi-
mul ac natus eſt homo, operan-
tur ſimul cum homine, circa bru-
ta exiſtentes. Puriores vero ener-
giæ permutationem quietis, obli-
quæ, parti animæ cooperātur. Hæ
autem energiæ a corporibus pen-
dent. Et a diuinis quidem corpo-
ribus veniunt in mortalia, eæ quę
corpora formant. Singula vero
ipſarum operatur, vel circa corpꝰ,
& animam. & ipſi quidē animæ cō

uersantur, sine corpore. Energiæ
vero semper sūt nō sēper aūt anīa
in corpore mortali est. Pōt. n. sine
corpore esse. Energiæ vero sine
corporib' esse nequeūt. Sacer ser-
mo est o fili iste. Cōstitui quidem
corpus sine aīa non pōt. Qūo hoc
dicis, o pater? Sic cogita o Tati. A
nima cum separata est a corpore,
manet ipsum corpus. Hoc vero
corpus, permanentiæ tempore, pa
titur dissolutionem inuisibileque
fit. Hæc vero pati nequit corpus
absq; energia. Remanet ergo cum
corpore energia hæc, anima sepa
rata. Hæc igitur differentia, im-
mortalis corporis est & mortalis
Quod immortale quidem ex vna
materia constat, hoc vero nequa-
quam. & illud facit, hoc vero pa-
titur. Omne .n. operans potēti⁹.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

patiens vero debilius. Et potentius imperat, & liberum ducit, illud vero ſeruum ducitur. Energiæ igitur, non ſolum animata efficiũt corpora, & inanimata ligna, & lapides, & alia ſimilia augentes, & fructus producentes, & maturãtes, & corrumpentes, & fundentes, & putrefaciẽtes, & frãgẽtes, & ſimilia operantes. Et quotcunque poſſunt corpora innimata pati. Energia vero vocata eſt, o fili, hoc ipſum, quodcumque eſt quod gignitur. Semper autem gignitur. & multa, vel potius cuncta. Nunquã enim viduus eſt, aliquo ente mundus. Semper vero latus in ſe ipſo, parturit entia, numquam eum relictura incoruptione. Omnis ergo energia cogitetur, vt ſemper immortalis exiſtẽs, quæcũq; in qua

licũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

cũq; corpore. Energiarũ vero, aliæ ſunt diuinorum corporũ, aliæ corruptibilium. & aliæ ſunt vniuerſales, aliæ propriæ. & aliæ generum, aliæ autem partium vniuſcuiuſq;. Diuinæ igitur ſunt, & in propria corpora operantes. Hæ & perfectæ ſunt, vt ſunt in perfectis corporibus. Particulares vero, eæ quæ per vnumquodque animaliũ. Propriæ autem quæ in aliquo particulari ente. Iſte ſane ſermo o fili colligit, cũcta eſſe plena energiis. Nam ſi neceſſe eſt energias eſſe in corporibus, & multa ſunt in mundo corpora, aio eſſe energias corporum. In vno namque ſæpe corpore, eſt vna, & ſecunda, & tertia, abſque vniuerſalibus, quæ conſequntur. vniuerſales.n. energias dico eas eſſe, quæ reuera ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

corporeæ, fiuntq; per ſenſus atque motus, Namque abſq; his energijs corpus conſiſtere non poteſt. Aliæ ſunt propriȩ energiæ animabus humanis, per artes, ſcientias, & ſtudia, & actiones. Sequuntur namque energias etiam ſenſus. Seu potius effectus energiarum ſenſus ſunt. Cogita igitur o fili differentiam energiæ, deſuper mittitur. Senſus vero in corpore cum ſit, vt ab eo eſſentiam habeat ſuſcipiens energiam, manifeſtam facit, tanquam eam corpoream faciat. Ideo ſenſus & corporeos, & mortales aio eſſe, tantum exiſtentes, quantum corpus. Nam & ſimul cum corpore generantur ſenſus, & commoriuntur. Immortalia autem corpora, immortalem quidem ſenſum ipſa non habent, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

pote ex tali essentia conflata. Sensus enim neque aliter omnino est corporeus. vel mali vel boni quod corpori aduenit. Vel rursus, mali vel boni, quod à corpore discedit. Æternis vero corporibus neque accedit, neque recedit. Ideo sensus in illis non fit. In omni igitur corpore, sensus sentit? In omni o fili, & actu in omnibus operatur. Et in inanimis etiam o pater? In inanimis etiam o fili. Differentiæ autem sunt sensuũ. Nam quæ in rationalibus sunt, cum ratione fiunt. Irrationalium vero corporeæ sunt tantum. Inanimatorum vero sensus, sunt passiui, quia secundum incrementum tantum, & decrementum fiunt. Passio autem & sensus, ab vna summitate pendent, & in eandem colliguntur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ab energiis. Animatorum vero animalium, duæ aliæ ſunt energiæ, quæ ſequuntur ſenſum & paſsiones, dolor & voluptas. Et ſine his, animal animatum & maxime rationale ſentire eſt impoſsibile. Ideo, etiam ideas, has eſſe dico paſsionum. quæ in animalibus ratione præditis magis dominantur. Energiæ quidem agunt. ſenſus autem energias manifeſtant. Hi vero cũ ſint corporei, commouentur ab irrationabilibus animæ partib⁹. Ideo ambas dico eſſe maleficas. Gaudere namque cum voluptate ſenſum præbens, multorum malorum, ſtatim vt ſit cauſa euenit ei qui patitur. Dolor vero, cruciatus & angores vehementiores præbet. Atque ideo ambo malefica ſunt. Idem ſenſus etiam fuerit ani-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mæ. Nonne anima incorporea eſt ſenſus autem corpus, o pater? Senſus in corpore quidem eſt; ſi vero eum in corpore ponamus, o fili, ſimilem animæ ipſum pronunciabimus, vel energiis. Nam hęc, cum incorporea ſint, dicimus in corporibus eſſe. Senſus autem neque energia eſt, neque anima, neque corporis aliud quid præter iam dicta. Nõ igitur incorporeus. Quòd ſi non eſt incorpereus, corpus fuerit. Entium namque ſemper, alia corpora eſſe, alia incorpora dicimus.

De æternis Corporibus. Ad eundum Tatium.

ET dominus quidem, & omnium conditor æternorum corporum ò Tati, cum ſemel feciſſet,

non amplius fecit, neque facit. Ea .n. ſibi ipſis tradens, & vniens inuicem, permiſit ferri nullius indiga, & æterna. Et ſi quo indigent, ſeſe mutuo indigebunt. nullo vero extrinſeco alio, vt pote immortalia. Oportuit . n. corpora ab illo facta, talem habere etiam naturam. Noſter vero opifex, in corpore cum eſſet, fecit nos, & facit ſemper, & faciet corpora diſſolubilia, & mortalia Non enim fas ei fuit, imitari ipſius conditorem, alioquin & impoſsibile id eſt. Nam ille a prima eſſentia fecit, quæ erat incorporea. hic vero ex genita corporeitate fecit nos. Recta igitur ratione, illa quidem corpora, vt ex incorporea eſſentia ſunt facta, immortalia ſunt. Noſtra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

vero dissolubilia & mortalia vtpote materia nostra ex corporibus conflata, quæ imbecillia sunt, & multo adiumento indiga. Quo namq; modo vel paulum restitisset vinculum nostrorum corporum, nisi haberent ingrediens alimentum, ex similibus elementis, quod nos corporesceret singulis diebus. Etenim terræ & aquæ, & ignis & aeris influxus nobis fit, qui corpora nostra renouans, ipsum continet, Itaque & ad motus, sumus imbecilliores, neque vnius diei sustinentes motiones. Scias namque o fili quod si noctibus non requiescerent nostra corpora, neque vno die resisteremus. Quamobrem, cum conditor bonus esset, omnia præcognoscens, ad permauentiam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

animalis fecit ſomnum. Quem maximũ laboris ac motus æquatorem ordinauit ſingulo tempore. magis etiam quieti tribuens. Maximum vero cogita, fili, ſomni efficaciam, contrariam animæ, non minorem illa. Sicuti.n. anima motus eſt energia, eodem modo, etiam corpora viuere non poſſunt ſine ſomno. Remiſſio.n. & dimiſſio ligatorum membrorum, intrinſecus operans. in corpus formans ingreſſam materiam, ſingulis proprium diſtribuens. Aquam ſane ſanguini. terram oſſibus & medullis. Aerem neruis, & venis. ignem vero viſioni. Quapropter ſumma voluptate afficitur corpus, ſomno eam voluptatem efficiente.

HOMO.

Idem ex ambabus naturis, im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mortale, & mortali, vnum fecit naturam hominis. Eundem, quadantenus quidem immortalem, quadam etiam tenus mortalem condens. & hunc ferens in medio diuinæ, & immortalis naturæ, & mortalis, & mutabilis conſtituit, vt aſpectans cuncta, admiretur.

MORS.

De morte vero nunc dicendũ. Plebem namque mors terret, vt malum maximum, ignoratione rei. Mors. n. fit ſolutio laborantis corporis. Numero. n. completo compaginum corporis. (numerus enim eſt compago corporis) interit corpus. Hoc autem quando non amplius poteſt ferre hominem. Et hoc eſt mors, ſolutio corporis, & deletio ſenſus corporei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

SIMILITVDO NATORVM.

Ex Venere.

Vnde eſt, vt infãtes ex parẽtibus gignuntur ſimiles? vel cognationibus id tribuitur? Expona rationem. Quando ex redeunte ſanguine e ſede, generatio theſaurizat ſemen, accidit quodammodo vt inſpiretur e corpore toto membrorum eſſentia quædam, per diuinam actionem. quaſi idem homo fiat. Idem hoc & in muliere ad generandum, quando redundauerit id quod a viro fluit, & non liqueſcat, ſimilem patri natus euadit. Vt econtra eodem modo, matri ſi aliqua pars abundantior fuerit, ad aliquã partẽ, ea ſimilis euadit. Eſt aliquando vt in longas progenies ſimiles infãtes, formæ parẽtũ generẽtur illo decano rationẽ habẽte ad horã in qua mulier pariebat.

Ex Iside.

Elenchus agnitus, maxime rex, in cupidinem ducit, eum qui est redargutus eorũ, quę antea nesciebat.

HERMETIS TRISmegisti.

AD TATIVM De Veritate LIBER XVII.

De veritate o Tati non est possibile hominem, animal imperfectũ ex imperfectis compositum membris, & alienis corporibus, & multis, corpore constans, audenter dicere. Id vero quod possibile est, aut iustum, id aio veritatem esse in solis æternis corporibus. Quorum etiam corpora ipsa vera sunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Ignem, per ſe ignem ſolum, & nihil aliud. terram per ſe terram, & nihil aliud. Aerem per ſe aerem, & nihil aliud. Aquam per ſe aquā, & nihil aliud. Noſtra vero corpora ex his omnibus ſunt conſtituta. Nam habent ignis, habent & terræ & habent aquæ & aeris. Neque ignis eſt, neque terra, neque aqua, neque aer, nec quicquam verum. Si vero ab initio conſtitutio noſtra habuiſſet veritatem, quomodo poſſent vel videre, vel effari, vel mente concipere ſolum, niſi Deus vellet. Cuncta ergo o Tati, quæ ſuper terram ſunt. veritas quidem non ſunt. Sed veritatis imitamenta. & non omnia, ſed pauca ſunt. Alia vero ſunt falſitas, & error, ò Tati. & apparentiæ phantaſiæ, veluti imagines conſtituta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Quando vero desuper influxum habuerit phantasia, veritatis fit imitatio. Absq; vero supera actiõe, mendacium reliquitur. Sicuti & imago, corpus quidem inscriptionis ostendit, ipsa vero non est corpus, secundum phantasiam rei visæ. Et oculos quidem cernitur habere, cernit autem nihil. & aures audit, vero nihil omnino, Et alia omnia habet inscriptio, falsa tamen est, spectantium visum decipiens, dum hi videntur sibi veritatem intueri, & illa reuera sunt falsa. Quicunque ergo non falsum vident, veritatem vident. Quando ergo singula horum ita intelligimus, aut cernimus, vt sunt, verum & cernimus, & intelligimus. Sinvero præteriens, nihil verum, neq; intelligemus, neq; sciemus.

Eſt ergo, o pater, veritas etiam in terra? Non imprudenter erras o fili. Veritas quidem nullo modo eſt in terra, o Tati. neque enim gigni poteſt. De veritate vero concipere mente, aliquos homines quibus Deus, Dei videndi largiatur vim, poteſt fieri. Ita verum nihil eſt in terra, menti, & rationi. Sed ſunt phantaſiæ & apparentiæ cuncta, veræ menti, & rationi. Igitur, vera intelligere, & dicere. hoc vocare oportet veritatem. Quid vero entia oportet intelligere, & dicere. Eſt autem nihil verum in terra. Quomodo ergo hoc verum eſt, non noſſe quidquam verum? Hic quomodo & poſsit fieri o fili? Nam veritas perfectiſsima virtus eſt. ipſum ſupremum bonũ. quod non a materia turbatur. neq; a cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

pore circundatur, nudum, clarum immutabile, venerandum, inalterabile, bonum. Quæ vero hic ſunt o fili, poſſunt cerni, incapacia huius boni. corruptibilia, paſſibibilia, diſſolubilia, mutabilia, ſemper alterata, & alia ex alijs fiunt. Quæ igitur, neque erga ſe ipſa vera ſunt quomodo poterunt vera eſſe? Omne enim quod alteratur, falſitas eſt non manens, in quo eſt. Phantaſias vero permutans, alias atque alias oſtentat nobis. Neque homo verus eſt. o pater? Quatenus homo, non eſt verus o fili. Verum enim eſt, id, quod ex ſe ipſo ſolum conſtitutionē habet. & manet per ſe quale eſt. Homo vero, ex multis conſtat, & non manet per ſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Mutatur vero & permutat ætatem ex ætate, & ideam ex idea. & hoc, exiſtens adhuc in corpore. & multi filios non agnouerunt pauco interpoſito tempore, & rurſus filij parentes ſimiliter. Quod igitur ita mutatur, vt non agnoſcatur, poteſt ne verum eſſe, ò Tati. Nonne contrarium, falſitas eſt, dum varias mutationum recipit phantaſias. Tu vero intellige, verũ quid eſſe id, quod manet, & eſt æternum. Homo vero nõ eſt ſemper. Igitur neq; verum eſt. Phantaſia vero eſt quidam homo? Phantaſia vero falſitas fuerit ſumma. Neq; ergo hæc, o pater æterna corpora, quia mutãtur, vera ſunt? Omne igitur genitum, etiam mutabile, non verum. Ab atauo vero, facta, materiam potuerunt, ve-

ram habuisse. Habent vero & hęc falsum quid in mutatione. Nihil .n. quod non manet in se ipso, verum est. Verum, o pater? Quid vero dicat aliquis solum solem, qui præter alia non mutatur, & in se manet, veritatem? Veritatem. Atque ideo opificium in mundo huic soli creditum est. Imperans omnibus, & efficiens omnia. Quē & veneror, & adoro eius veritatem. Et post vnum & primum hūc opificem cognosco. Quid vero dicas o pater, esse primam veritatem? Vnum, & solum o Tati. qui non ex materia est. qui non est in corpore, qui colore caret. qui caret figura, qui non vertitur, qui non alteratur, qui semper est. Falsitas aūt o fili, corrūpitur. Cuncta vero terrena, corruptio corri-

puit.& ãplectitur,& ãplectetur,veri prouidentia. Nã ſine corruptione, neq; generatio põt conſiſtere. Omni autem generationi corruptio conſequitur, vt rurſus fiat. Quæ enim gignũtur, ex corruptis neceſse eſt fieri: Corrumpi autem genita eſt neceſſe, ne ſiſtatur entium generatio. Primo igitur, opificem cognoſce, in generationem entium. Quæ ergo ex corruptione fiunt, falſa fuerint, vt quæ nunc alia, aliàs alia fiant. Eadem namq; fieri eſt impoſsibile. Quod vero non idem eſt, quo modo verum fuerit. Phãtaſias ergo hęc oportet vocare o fili, ſi modo recte appellam⁹ hominẽ, hominitatis phãtaſiã. Puerum vero, pueri phantaſiam. Viri vero viri phantaſiam. Senem autem ſenis phantaſiam. Et adole-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

ſcentem adoleſcentis phantaſiam. Neque enim homo, homo, neque puer, puer, neq; adoleſcens, adoleſcens. neq; vir, vir. neq; ſenex ſenex. Sed mutata mentiuntur, & quę prę existunt, existunt. Hæc igitur ita cogita o fili, vt falſi etiam hi actus deſuper pendeant ab ipſa veritate. Hoc ita ſe habente. falſitatem aio veritatis opus eſſe.

FINIS.

SCHOLION.

Quando ſoli tribuit opificium. Intelligas quo ad generationem, & quo ad virtutem, quam ſol efficit in hæc inferiora.

HER-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

HERMETIS TRISmegisti.

QVOD NVLLVM Entium pereat.

LIBER XVIII.

De anima & corpore o fili, nunc est dicendum. Quomodo nempe anima sit immortalis. Actio vero unde sit constitutionis corporis, & solutionis. Circa namque horum nullum. mors est. Sed conceptio est appellationis mortis, vel vanum opus, vel priuationem primæ literæ dicta est θανατος, ἀθάνατος, immortalis. Mors.n. perditionis est, nullum autem eorum, quæ in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

mundo ſunt, perit. Nam ſi ſecundus Deus eſt mundus, & animal immortale, impoſſibile eſt, immortalis animalis partem aliquam interire. Omnes vero in mundo, partes ſunt mundi. maxime vero homo, rationale animal. Primus .n. omnium eſt, & æternus, & ingenitus, & opifex vniuerſorum Deus. Secundus vero qui per imaginem eius, Mundus ab eo factus. Et ab ipſo contentus, & nutritus, & immortalitate donatus, vtpote ab æterno Deo sẽper viuẽs vt immortalis. Nam ſemper viuẽ ab æterno differt. Nã alter ab alio nõ eſt factus. Quod ſi & fact⁹ eſt à ſeipſo aliquãdo eſt, fact⁹ & nõ ab alio. Sed ſemper fit. Æternũ.n. qua æternũ eſt, vniuerſum. Pater vero ipſe, ſe ipſo ætern⁹. Mũdus vero a patre æternus & immortalis fact⁹ eſt, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

quantum materiæ erat ſepoſitum ſibi ipſi, pater vniuerſum in corpus faciens, & in molem, ſphæricũ fecit; qualitatem ipſi circumponens, quæ & ipſa erat immortalis, & æternam habeat materietatem. Et ãplius idearũ qualitates pater, inſeminãs ſphærę, tanquã in ãtro incluſit omni qualitate, ornare volens, quod poſt ipſum erat quale. Immortalitate circumdans totum corpus. vt ne materia ab eius conſtitutione volens ſecedere; diſſolueretur in eius confuſionẽ Quando enim incorporea erat materia, o fili, inordinata erat. Habet vero & hic circa alia parua qualia eandem reuolutam confuſionem, ea quæ dicitur accretio, & diminutio, & quam homines, mortem vocant. Hæc vero in ordi

natio

natio circa terrena fit animalia. Nam cælestium corpora, vnum habent ordinem; quē a patre sunt sortita a principio. Seruatur autē hic a cuiusq; instauratione indissolutus. Restauratio autem terrenorum corporum constitutio est. Dissolutio vero hæc restauratio, in corpora, quæ non dissoluuntur hoc est immortalia. Atq; ita priuatio fit constitutionis, non autē perditio corporum. Tertium vero animal, homo ipse ad imaginē mundi factus. mentem, ex voluntate patris habens præter alia terrena animalia. non solum ad secundum Deum sympathiam habet, sed & intelligentiam primi. Nam illud quidē sentit, vt corpus. Illius vero intelligentiam recipit, vt incorporei, & mentem boni

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Hoc ergo animal, non perit? Bene ominare eo fili, & intellige, quid Deus, quid mundus, quid animal immortale, quid animal dissolubile, & intellige, quòd mūdus a Deo, & in Deo. Homo vero a mundo, & in mundo. Principium vero, & comprehensio, & constitutio omnium Deus.

FINIS.

SCHOLION.

Quando ait Mundus est in Deo & a Deo, homo vero a Mundo. Intelligendum sano modo, vt homo sit a mundo quo ad generationem corporalem.

afflatu re, homini tantum infici natura plu

dis voluit. ensu, cætera animalia afflatu t
inficere an, hoc est aerem, hominem aut
lente sic na plurib. modis, ciborũ dentiũ
sed præcipuio. ❡ Exitura supremo, & so
mnib. supe tra.) Archet. Tole. *& sola ex o*
perfutura. So, *& sola ex homine superfutura*
tures vngue quidem fugantur alios appe
dores. Scara osam.) Ordinen horum ve
vitiatum esse eophrastus nos admonet, vo
de causis planum sexto, capite quarto, od
ctans his verb *Enimuero aliis ij aduersi,*
quam commodatiuntur: non ita sum vt non
ant, neque quært, sed etiam ab hr erimantur
bis suauißime ol, ceu vultures ab guentis, &
rosis. nec non & as vehementer coppugnare v
qui vncti sunt. hc Theophrastu ex cuius
tate sic Plinii vea lego & dispo: *Vultures*
to quidem necanti, scarabei rosa. omitione
ni ad hæc in remdium excogita, frigidiora
ra faciunt. inimiœ oculis, maxi autem dõ
Fragiliora, non *frigidiora*, scribeam esse, o

AD REVERENISS.

BOVADILAM, E

FRENANDI

N ON *fuit mihi rum, anti*
Plinium obseruaum, quas o
di videlicet ad n intra me

multa, nisi n. e propriæ fæturæ aliũm babet,
nũ ingenia cẽsurasq; tot ãnos fu. Nec sũt pau-
ex dẽsissima nocte, vbi hactenus uere, in lucem
b. diurnis ac nocturnis; adeo vt gitatione ipsa
andũ est quia cæpi, & si virib. de, animo tamẽ
mihi licueri, absoluã non mult quod reliquũ
e Plinianæ lectionis studiosis cor atur, claritu-
ua munificenia & larga manu is hæc ocia fa-
nem vtilitatem inuulganda supitas. Vale.

AVRIENSIS EP COPVS, TIANC S.

sime, quam t dura hæc prouin quam accepisti,
oriam naturem tot vitiis scrorum & correcto-
mus quam tanquam immer aut fallax sarto-
uut eruditis as tuas obseruat es in residuos eius
mpus differ aut non sine ma a nominis tui ia-
citationi tubnoxiorum detrmento, pœnitentia
eue admod tempus fidem tum magna ex parte
quod diligen nostra nos frustata non fuerit. nam
m tempus, missum opus cottiano prope conuitio
ex editis oco circiter ab hin mense in libros X.
hac æditionsequentes xiiij. vt non minoris eru-
Amamus ita & admiramur sollertiam ac indu-
rbin restituo auctore vt eminentissimo ita diffi-
temporis s præstare potuisset. Adde &
nrectum remque esse, vt neq; ob acceleratam
tantad absm operis dignitatem aliquid erudi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4854/A/3